Vergilius
Opus longum cum Comento
Ascensis

LIBRARIÆ UNIVERS. IAGELL. CRACOVI
Inc. 665
WV 20

LIBRARIÆ UNIVERS. IAGELL. CRACOVI

Jnc. 665

WV 20

Johannes de Lathosthen sacre theologie et d[illegible]
discretis viris dominis rectoribus eorum vicariis
[illegible] requirendis Salutem in domino Vobis in virtute
mandamus [illegible] ad instanciam discreti Georgii de Wolf[illegible]
[illegible] de Vylna ad ferrendum sentenciam [illegible]
[illegible] Sancti Johannis proxima hora terciarum [illegible]
Augusti Anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo [illegible]

Johannes de Lathosthen sacre theologie et decretorum doctor [illegible]
discretis viris dominis rectoribus eorum et vicariis [illegible]
[illegible] requirendis Salutem in domino vobis in virtute sancte obediencie [illegible]
[illegible] ad instanciam discreti Georgii de Vylna [illegible] deferendam
sentenciam [illegible] coram nobis [illegible]
Johannes de Lathosthen sacre theologie et iuris [illegible]

Eciam Johannes Rosa corrigat et emendet istos errores
demonstrat, [illegible] quod iste error est de domo, quia ita
omnia [illegible] [illegible], quia replevistis Contribucionem omnibus
[illegible] et [illegible], et in Wyelizka vendunt sal opidani
[illegible] per victualibus, que apud vos mendicatis
et [illegible] foras non habetis. Amore dei estis magis [illegible]
et [illegible] in officiis, quia communiter status est errorum
[illegible] a quibus tunc et servitores et opidanos et
[illegible] [illegible] difficile est repellere, et videtur tunc parvus error
in principio et in fine maximus fit. Villicus et [illegible]
ultima hora quia sto in officio, ita [illegible] duo [illegible]
tamquam in [illegible] in [illegible] manu [illegible] et si [illegible]
[illegible] non solvunt nos, sed [illegible] dei [illegible] et [illegible]
[illegible] et [illegible] bona [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] multa
[illegible] [illegible] [illegible] bonum [illegible] [illegible] possum
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Rosa
solvatis [illegible]
copiam
[illegible] Rosa mittatis michi [illegible] Regine
[illegible] exposita [illegible] michi dati [illegible] in [illegible]
[illegible] [illegible] Anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo
[illegible] [illegible] subscripcione [illegible] Relacione [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et est
dominus Andreas Opporowsky [illegible] [illegible] et [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] millesimo [illegible] octuagesimo
[illegible] [illegible] millesimo octingentesimo [illegible]
[illegible] Et in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] vel [illegible] aut [illegible] Rosa
Mittatis [illegible] de verbo ad verbum [illegible] copiam
et [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] et [illegible]
[illegible] [illegible] et mittatis [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non erit [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

WV
20

Liber [illegible] mag[ist]ri
receptus a doctore [illegible] aquen

Inwen. 665
Bibl. Jag.

Auerroes super Logica

W2

Unus [illegible] omnium-
[illegible]

Incipit liber qnꝫ predicabilium porphirij
Ca.j.

Cum ſit neceſſariū gri-
ſarori ⁊ ad eam que eſt
apō Ariſtotelē predica
mentoꝝ doctrinaʒ noſ
ſe: quid ſit genuſ:quid
differentia:quid ſpecieſ
quid, ꝓpriū ⁊ quid acci
dens:⁊ ad diffinitionuʒ
aſſignationē ⁊ omnino
ad ea que in diuiſione vel in demonſtratione ſūt
vtilia. Iſtaꝝ reꝝ ſpeculatione compendioſā tibi
traditionem faciens tentabo breuiter velut intro
ductionis modo ea que ab antiquis dicta ſunt
aggredi altioribus queſtionibus abſtinens :ſim
pliciores vō mediocriter cōiectans. Mox de
generibus ⁊ ſpeciebus illud quidē ſiue ſubſiſtāt
ſiue in ſolis nudis puriſꝫ ītellectibus poſita ſint
ſiue ſubſiſtentia corporalia an īcorporalia: ⁊ vtꝝ
ſeparata a ſenſibilibus an i ſenſibilibus poſita:⁊
circa ea conſtātia dicere recuſabo. altiſſimū eniʒ
negociū eſt huiuſmodi ⁊ maioris egens inquiſi
tionis. Illud vero queādmoduʒ de his ac de
ꝑpoſitis ꝓbabiliter antiqui tractauerūt: ⁊ horum
maxime perypatetici tibi nunc tentabo mōſtra-
re. Capitulum 2m

Videtur autem neꝫ genus neꝫ ſpecies
ſimpliciter dici. Genus enim dicitᷣ ⁊
aliquoꝝ quodāmodo ſe habentium ad
vnū aliquod ⁊ ad ſe inuicē collectio: ſcḋm quam ſi
gnificationeʒ romanoꝝ dicitur genus ab vnius
ſcilicet habitudine. Dico autē romuli ⁊ multitu-
dinis habentium aliquo modo ad inuicem eaʒ
que ab illo eſt cognationem ſcḋm diuiſionem ab
alijs generibus dictā. Dicitur autem alr̄ rur-
ſus genus qḋ eſt vniuſcuiuſꝫ generationis p̄n-
cipiuʒ: uel ab eo qui genuit: uel ab eo loco ī quo
quis genitus eſt. Sic enim Oreſtē quidem dici-
mus a Tantalo genus habere: Hylum autē ab
Hercule: ⁊ rurſus Pindaꝝ thebanū eſſe gene-
re: Platonem vō athenienſeʒ. Eteniʒ patria p̄n
cipium eſt vniuſcuiuſꝫ generationis queādmo
dum ⁊ pater. Hec auteʒ vr̄ ꝓpīquiſſima eē ſigni
ficatio generis. romani enim qui ex genere deſcē
dunt Romuli: ⁊ Cicropide qui ex genere deſcē-
dunt Cicropis ⁊ eoꝝ ꝓximi. Et quidē prius
appellatuʒ eſt genus vniuſcuiuſꝫ generationis
principiū: dehinc etiam ⁊ multitudo eorum qui
ſunt ab vno principio ut a romulo. nāꝫ diuidē
tes ⁊ ab alijs ſeparantes dicebamus omnē illaʒ
collectionē eſſe romanorū genus. Aliter aūt
rurſus dicitᷣ genuſ cui ſupponitᷣ ſpecies: ad hoc ī
fortaſſe ſimilitudinē dictū eſt. Etenim p̄ncipium
quoddam eſt huiuſmodi genus earum que ſub
ipſo ſunt ſpecierum: videtᷣ autē multitudinem cō
tinere omniū que ſub eo ſunt ſpecierum. Tri
pliciter igitur qum genus dicatur de tertio apud
philoſophos ſermo eſt: qḋ etiā deſcribentes aſſi
gnauerunt dicentes genus eſſe qḋ de pluribus
differentibus ſpecie in eo qḋ quid ſit predicatur
ut animal. Eorum enim que predicantur: alia
quidem de vno dicuntᷣ ſolo: ſicut indiuidua ſunt
ſicut Socrates: ⁊ hic hec ⁊ hoc talia de pluribus
queādmodum genera ⁊ ſpecies ⁊ differētia ⁊ ꝓ-
pria ⁊ accidentia cōmuniter: ſed nō ꝓprie alicui
Eſt autē genus ut animal: ſpecies vō ut homo:
differentia ut rationale: proprium ut riſibile: acci
dens ut albū: ſedere. Ab his ergo que de plu
ribus predicantᷣ differt genus. A ſpeciebus qui
dem primum: quoniam ſpecies etſi de pluribus
p̄dicantur: non tamē de differentibus ſpecie: ſed
numero: homo enim qū ſit ſpecies de Socrate
⁊ de Platone: p̄dicatur que non ſpecie a ſe inui-
cem differunt: ſed numero ſolum. Animal vero
qum ſit genus de homine equo ⁊ boue predica
tur q̄ differūt a ſe inuicē ſpecie nō numero ſoluʒ.
A ꝓprio vō differt genus quoniā ꝓpriū de vna
ſola ſpecie cuius eſt ꝓprium p̄dicatur: ⁊ de his q̄
ſub vna ſpecie ſunt indiuiduis: queādmoduʒ de
homine riſibile ſolo: ⁊ de particularibus homi-
nibus: genus aūt nō de vna ſolū ſpē p̄dicatur ſʒ
de pluribus differentibus ſpecie. A differentia ⁊
ab his que cōmuniter ſunt accidētia differt ge-
nus: quoniā etſi de pluribus p̄dicetᷣ non tn̄ in eo
qḋ qd ſit dicimus p̄dicari: ſʒ potius in quale. in-
terrogātibus eniʒ qualis eſt homo: dicimus ra-
tionalis: ⁊ qualis eſt coruus: dicimuſ ꝙ niger eſt
Eſt autē rationale differētia: nigrū vero accidēs
qn̄ aūt quid eſt homo interrogatᷣ: animal reſpō-
demus eſt aūt genus hominis animal. Qua
re de pluribus p̄dicari diuidit genus ab his que
de vno ſolo dicuntᷣ: ſicut indiuidua: de differenti
buſ vō ſpecie ſeparat genus ab his que ſicut ſpe



BIBLIOTHECA UNIV. IAGELL. CRACOVIENSIS
Bibl. Jag.
Bibliotheca Collegii Majoris Universitatis Cracoviensis

cies p̄dicantu uel ſicut indiuidua:in eo ꝙ qd ſit
predicari diuidit a differētijs ꝛ cōiter accidenti-
bus que nō in eo ꝙ qd p̄dicant̄:ſed magis in eo
ꝙ quale uel quō ſe hꝫ. Nihil igit̄ neqꝫ ſupflu
um neqꝫ minus ꝑtinet generis dicta deſcriptio.

Capitulū 3ᵐ

Species aūt dr̄ quidē ꝛ de vniuſcuiuſqꝫ
forma:ſm quā dictū ē ꝑami quidē ſpēs
digna ē imperio. Dicit̄ aūt ſpēs ꝛ ea q̄ ē ſub aſ
ſignato genere ſm quā ſolemus dicere hominē
quidē ſpeciē animalis qū ſit genus animal:albū
aūt coloris ſpeciē: triangulū vo figure ſpeciem.
Qd ſi etiā genus aſſignantes ſpeciei memi
nimus dicentes qd de pluribus ꝛ differentibus
ſpecie in eo qd qd ſit p̄dicat̄:ꝛ ſpeciē dicimus id
qd ſub genere eſt. Noſce autē oportet qm ge
nus ꝛ alicuius eſt genus:ꝛ ſpēs alicuius eſt ſpēs
iccirco neceſſe eſt ꝛ in vtroꝝqꝫ rōnibus vtriſqꝫ
vti. Aſſignant ergo ꝛ ſic ſpeciem. Species eſt
que ſub genere ponitur ꝛ de qua genus in eo ꝙ
qd ſit p̄dicatur. Amplius autē ſic quoqꝫ ſpecies
eſt que de pluribus differētibus numero tm̄ i eo
ꝙ quid ſit p̄dicat̄:ſed hec quidē aſſignatio ſpecia
liſſime eſt:ꝛ que ſolum ſpecies eſt:alie vo nō ſpe
cialiſſimaꝝ. Planū aūt erit qd dicit̄ h̄ modo
in vnoquoqꝫ p̄dicamēto ſunt quedā generaliſſi
ma ꝛ rurſus alia ſpecialiſſima:ꝛ inter generaliſſi
ma:ꝛ ſpecialiſſima ſunt alia media. Eſt aūt gene
raliſſimū quidē ſupra qd nō eſt aliud ſuperueni
ens genus. Specialiſſimū aūt poſt qd nō ē alia
inferior ſpecies. Inter generaliſſimum autem ꝛ
ſpecialiſſimū genera ꝛ ſpecies ſūt eadē ad aliud
quidē ꝛ ad aliud ſumpta. Sit autē manifeſtuꝫ in
vnoquoqꝫ predicamento qd dicit̄:ſubſtantia eſt
quidē ꝛ ipſa genus:ſub ſubſtantia autem eſt cor
pus:ſub corpore animatū corpus:ſub quo ani
mal:ſub animali vero rationale animal:ſub quo
homo:ſub homine vo Socrates ꝛ Plato ꝛ q̄
ſunt particulares homines. Sed hoꝝ ſubſtātia
quidem generaliſſimū eſt eo ꝙ genus ſit ſolum
homo vo ſpecialiſſimum eo ꝙ ſolum ſpecies ſit
corpus vo ſpecies eſt ſubſtantie:genus vero cor
poris animati:ꝛ animatū corpus ſpecies quidē
eſt corporis:genus vo animalis:animal vo ſpe
cies quidem eſt corporis animati:genus vo ani
malis rationalis:ſed rationale animal ſpecies q
deꝫ eſt animalis:genus autē hominis:homo vo
ſpecies eſt rationalis animalis nō autem genus
particularium hominū:ſed ſolum ſpecies: ꝛ om
ne qd ante indiuidua ꝓximum eſt ſpecies erit ſo
lum nō etiā genus. Queadmodum igitur ſub
ſtantia que qum ſuprema ſit eo qd nihil ſupra
eam ſit genus eſt generaliſſimū:ſic ꝛ homo qum
ſit ſpecies poſt quā nō ē alia iferior ſpecies neqꝫ
aliud eoꝝ que poſſunt diuidi ſed ſolū indiuidua
indiuiduum eſt Socrates ꝛ Plato: ſpecies erit
ſola ꝛ vltima ſpecies:ꝛ ut dictuꝫ eſt ſpecialiſſima
que vero ſunt in medio eoꝝ quidē que ſupra ip
ſa ſunt ſpecies erunt:eoꝝ vo que poſt ipſa gene
ra ſunt:quare hec quidē duas habent habitudi
nes:illam que eſt ad ſuperiora ſm quam ſpecies
dicunt̄ eſſe ipſoꝝ:ꝛ eam que eſt ad poſteriora hꝫ
quā genera ipſoꝝ eſſe dicuntur. Extrema vo ha
bent vnā habitudinē. Nā ꝛ generaliſſimū ad ea
que poſteriora ſunt hꝫ habitudineꝫ qum genus
ſit omnium id qd eſt ſupremum:ea vero que eſt
ad ſuperiora non habet qum ſit ſupremū ꝛ p̄n
cipium primū. Specialiſſimum autē vnam ha
bet habitudinem eam que ē ad ſuperiora: quo
ruꝫ eſt ſpecies:eam vero que ē ad poſteriora nō
habet:ſed indiuiduoꝝ ſpecies dicit̄:ſpecies qui
dem velut indiuiduoꝝ ea ꝑtinens:ſpecies vo ſu
perioꝝ velut ea que ab illis cōtinet̄. Determi
nāt aūt generaliſſimū ita ꝙ quꝫ genus ſit non eſt
ſpecies. Et rurſus ſupra qd nō ē aliud ſupraue
niens genus. Specialiſſimū vero qd qū ſit ſpeci
es nō eſt genus:ꝛ qd qum ſit ſpecies nunq̄ꝫ diui
ditur i ſpecies:ꝛ qd de pluribus differētibus nu
mero in eo qd quid ſit p̄dicatur. Ea vo que ſunt
in medio extremoꝝ ſubalterna vocantur genera
ꝛ ſpecies:ꝛ vnūquodqꝫ eoꝝ ſpecies eſſe poteſt ꝛ
genus ad aliud quidē ꝛ ad aliud ſumpta. Ea ve
ro que ſunt ante ſpecialiſſima vſqꝫ ad generaliſſi
mum aſcendentia ꝛ genera dicuntur ꝛ ſpecies ꝛ
ſubalterna genera:ut agamēnon atride et pelo
pides tantalides ꝛ vltimum iouis:ſed in familijſ
quidem plerunqꝫ reducuntur ad vnum p̄ncipiū
v.g. ad iouem. In generibus autē ꝛ ſpeciebꝰ
nō ſic ſe hꝫ:neqꝫ enim vnū cōmune genus omni
um eſt ens nec omnia eiuſdem generis ſunt: ſed
vnum ſupremum genus quemadmodum dicit
Ariſ. ſed ſunt poſita quēadmodum dictum eſt in
p̄dicamentis prima decē genera quaſi decem pri
ma p̄ncipia:uel ſi omnia quis entia vocet equi
uoce inquit nūcupabit nō vniuoce: ſi enim eſſet
cōmune omnium genus ens vniuoce etiā dicere
tur: qum vo ſint decem principia p̄ma cōmune
ens omnium ſm nomen eſt ſolū nō etiā ſm diffi
nitionis rationem que ſm nomen eſt. Deceꝫ
quidē generaliſſima ſunt:ſpecialiſſima vero i nu

W
20

mero quidez q̊daz ſunt nõ tñ i definito. Indiui-
dua autẽ que ſunt poſt ſpecialiſſima infinita ſunt
quapropt̃ vſqꝫ ad ſpecialiſſima a generaliſſimis
deſcendentem iubet Plato quieſcere. Deſcẽde
re autẽ ꝑ media diuidentes ſpecificis differentijs
infinita vero inquit relinquenda ſunt: neqꝫ enim
eorum poſſe fieri diſciplinam. Deſcendentibꝰ
igitur ad ſpecialiſſima neceſſe eſt diuidentez per
multitudinem ire. Aſcendentibus vero ad gene
raliſſima neceſſe eſt colligere multitudinez. Col-
lectiuum enim multoꝝ in vnam naturã ſpecies ẽ
⁊ magis id qđ eſt genus: particularia v̊o ⁊ ſingu
laria ecõtrario in multitudinez ſemper diuidunt
qđ vnũ eſt. Participatione enim ſpeciei plures
homines ſunt vnus hõ: in particularibus autez
vnus hõ ⁊ cõmunis plures. diuiſiuũ eniz eſt ſem
per qđ ſingulare eſt: collectiuum autez ⁊ aduna-
tiuum qđ cõmune eſt. Aſſignato autem ge-
nere ⁊ ſpecie ꝙ quid ſit vtrunqꝫ ⁊ genere quidez
vno: ſpeciebus vero pluribus: ſemper enim diui
ſio generis in ſpecies plures eſt: genus quidem
ſemper de ſpeciebus predicatur: ⁊ omnia ſuperi
ora de inferioribus: ſpecies autem neqꝫ de ꝓxi-
mo ſibi genere: neqꝫ de ſuperioribus: neqꝫ enim
cõuertitur. Oportet enim equa de equis predi-
cari: ut hinnibile de equo: aut maiora de minori
bus: ut animal de homine: minora vero de ma-
ioribus minime: nec animal dicis eſſe hominem
quemadmodum dicis hominẽ animal. De qui-
bus autem ſpecies predicatur de his neceſſario
⁊ ſpeciei genus p̃dicat̃: ⁊ generis genus vſqꝫ ad
generaliſſima. Si enim verũ eſt dicere Socratẽ
hominem: hominez autem animal: animal vero
ſubſtantiam: verum eſt Socratez ⁊ animal dice-
re atqꝫ ſubſtantiã. Semper enim ſuperiora de i-
ferioribus p̃dicantur: ⁊ ſpecies quidem de indi-
uiduis p̃dicantur: genera autem ⁊ de ſpecie ⁊ de
indiuiduo: generaliſſimum autem ⁊ de genere ⁊
de generibus ſi plura ſunt media ⁊ ſubalterna ⁊
de ſpecie ⁊ de indiuiduis. Dicitur autez genera-
liſſimum quidẽ de omnibus ſub ſe poſitis gene-
ribus ⁊ de ſpeciebus ⁊ indiuiduis. Genus autẽ
qđ ante ſpecialiſſimum eſt de omnibus ſpecia-
liſſimis ⁊ de indiuiduis: ſolum autem ſpecies de
omnibus indiuiduis: indiuiduum autem predi
catur de vno ſolo particulari. Indiuiduũ aũt
dicitur Socrates ⁊ hoc album ⁊ hoc veniens ⁊
Sophronici filius ſi ſolus ſit ei Socrates filius.
Indiuidua autem dicuntur huius: quoniaz ex
ꝓprietatibus cõſiſtit vnũquodqꝫ eoꝝ: quare col
lectio nunqꝫ in alio quolibet eadẽ erit. Socratis
eniz ꝓprietas nunqꝫ in aliquo quolibet erit par
ticularium. He vero que ſunt hominis ꝓprieta-
tes: dico autẽ eius qui eſt cõmunis erunt eedem
in pluribus magis autem ⁊ in omnibus particu
laribus in eo ꝙ homines ſunt. Continet̃ igit̃
indiuiduum quidem ſub ſpecie: ſpecies autẽ ſub
genere: totum eniz quiddã eſt genus. Indiuidu
um autẽ pars: ſpecies v̊o ⁊ totũ ⁊ pars eſt alteri
us: ſed alijs partibus totum: ſed pars quidẽ alte
rius: totum v̊o non eſt. De genere quidem ⁊ ſpe
cie: ⁊ quid ſit generaliſſimum: ⁊ quid ſpecialiſ-
ſimum: ⁊ que genera eadem ⁊ ſpecies ſu[illegible] ⁊ que
īdiuidua: ⁊ quot modis genus ⁊ ſpeci[illegible]ditur
ſufficienter dictum eſt.

## Capitulũ 4m

Differentia v̊o cõmuniter ⁊ ꝓpri[illegible] ⁊ ma-
gis ꝓprie dicitur. Cõmuniter quidẽ dif-
ferre alterum ab altero dicitur: quoniaz
alteritate quadã differt quocunqꝫ modo uel a ſe
ipſo uel ab alio. Differt eniz Socrates a Pla-
tone alteritate ⁊ ipſe a ſe ſene: uel iam puero vel
iam viro vel iam faciente aliquid vel quieſcente
⁊ ſemper in aliquo modo habendi ſe alteritati-
bus. Proprie autem differre alterum ab altero
dicitur quando inſeparabili accidente ab altero
differt. Inſeparabile v̊o accidens eſt: ut naſi cur-
uitas: cecitas oculorum: ⁊ cicatrix qñ ex vulne-
re occaluerit. Magis autem ꝓprie alterum dif
ferre ab altero dicit̃ qñ ſpecifica differẽtia differt
quemadmodũ homo ab equo ſpecifica differẽ-
tia differt rationali qualitate. Uniuerſaliter er
go omnis differentia alteratum facit cuilibet ad-
ueniens: ſed ea que eſt cõmuniter ⁊ ꝓprie altera-
tum ſolum facit: illa autẽ que eſt magis ꝓprie ali
ud. Differentiarũ vero alie quidem alteratum fa
ciunt: alie v̊o aliud. Ille quidem que faciunt ali-
ud ſpecifice vocant̃: ille vero que alteratum ſim-
pliciter dicuntur. animali enim rationalis differẽ
tia adueniens aliud facit ⁊ ſpeciem animalis fa-
cit. Illa vero que ẽ mouendi alteratum facit ſolũ
a quieſcẽte: quare hec quidem aliud: illa v̊o alte-
ratum ſolum facit. Scđm igitur aliud facien
tes diuiſiones fiunt a generibus in ſpecies ⁊ dif-
finitiones aſſignantur que diffinitiones. ſ. ſunt ex
genere ⁊ huius differentijs: ſcđm autez eas que ſo
lum alteratũ faciunt: alteratio ſola cõſiſtit ⁊ aliq̊
modo ſe habendi permutationes. A ſuperio
ribus rurſus inchoandi dicendum eſt: differenti
arum alias quidem eſſe ſeparabiles: alias v̊o in-

ſeparabiles. Moueri eniꝫ ⁊ quieſcere ⁊ ſanū eſſe
⁊ egruꝫ: ⁊ quecunqꝫ his ꝓxima ſunt ſeparabilia
ſunt. At v̊o aquilū eſſe vel ſimū vel rationale vel
irrationale iſeparabilia ſunt. Inſeparabiliū aūt
alie quidē ſunt per ſe: alie v̊o ꝑ accidēs. nam ra
tionale ꝑ ſe ineſt homini ⁊ mortale ⁊ diſcipline
eſſe ſuſceptibile. At v̊o aquilū eſſe vel ſimuꝫ per
accidens ⁊ nō per ſe. Ille igitur que per ſe ſūt
in ratione ſubſtantie accipiuntur ⁊ faciunt aliud
ille que ſm̄ accidens nec in ſubſtantie ratione ac
cipiuntur: nec faciūt aliud ſꝫ alteratū. Et ille qui
dem q per ſe ſunt nō ſuſcipiūt magis ⁊ minus
ille v̊ que per accidens etſi inſeparabiles ſunt i
ten ccipiunt ⁊ remiſſionē. Nam neqꝫ gen9
n mus predicatur de eo cuius ē genus
neq eris differentie ſm̄ quas diuidit. ipſe. n.
ſun vniuſcuiuſqꝫ rationem cōplent: eſſe aūt
vniuſc uiſqꝫ vnum ⁊ ideꝫ eſt nec intenſionē nec
remiſſionē ſuſcipiens eſt: aquilum autē vel ſimū
vel col ratum aliquo modo intendit ⁊ remittit.
Cum igitur tres ſpecies differentie cōſiderē
tur: ⁊ qum he quidem ſint ſeparabiles: ille vero
inſeparabiles. Et rurſus inſeparabiliū: he quidē
ſint per ſe: ille vero per accidēs. Rurſus eaꝝ que
per ſe ſunt differentiaꝝ: alie qdē ſunt ſꝫ quas di
uidimus genera in ſpecies: alie v̊o ſm̄ quas ea q̄
diuiſa ſunt ſpecificantur: ut qum per ſe differētie
omnes huiuſmodi ſint animati ⁊ inanimati: ſen
ſibilis ⁊ inſenſibilis: ratiōalis ⁊ irraiionalis: mor
talis ⁊ immortalis. Ea quideꝫ que animati ⁊ ſē
ſibilis differentia ꝯſtitutiua eſt animalis ſubſtan
tie: eſt enim animal ſubſtātia animata ſenſibilis.
ea v̊o q̄ mortalis ⁊ imortalis differētia rōnalis ⁊
irratiōalis diuiſiue ſunt animalis differētie: ꝑ eas
enim genera in ſpecies diuidimus. Sꝫ he q
dem que diuſiue ſunt differētie geneꝝ: cōpletiue
ſunt ſpecieꝝ. diuiditur enim animal rationali ⁊
irrationali differentia: ⁊ rurſus mortali ⁊ immor
tali differentia: ſed ea que eſt rationalis differen
tia ⁊ mortalis cōſtitutiue ſunt hominis: rationa
lis vero ⁊ immortalis dei. ille vero que ſunt irra
tionalis ⁊ mortalis irrationabilium animalium
ſic ⁊ ſuprema ſubſtantia qum diuiſa ſit animati
⁊ inanimati differentia ſenſibili ⁊ inſēſibi anima
ta ⁊ ſenſibilis cōgregate ad ſubſtātiam animal ꝑ
fecerunt. Quoniā ergo eedē alio modo acce
pte fiunt cōſtitutiue: aliquo modo auteꝫ diuiſiue
omnes ſpecifice dicunt: ⁊ his maxime opus eſt
ad diuiſiones generū ⁊ diffinitiones ſpecieꝝ: ſed
non his que ſm̄ accidens inſeparabiles: nec ma
gis his que ſunt ſeparabiles. Quas etiam de
terminantes dicunt: Differentia eſt qua abun
dat ſpecies a genere. homo enim ab animali plu
res habet rationale ⁊ mortale: animal enim ipſū
nihil horū eſt. nam vnde hꝫ ſpēs differētias: nec
enim oppoſitas hꝫ. nāqꝫ in eodem ſimul non hꝫ
oppoſitas ſed quēadmodum ꝓbāt poteſtate q
dem habꝫ omnes differētias ſub ſe: actu v̊o nul
lam at ſi nec ex his que nō ſunt aliquid fit nec in
eodem ſimul habebit oppoſita. Definiunt
autem ⁊ hoc modo. Differētia eſt que de pluri
bus differentibus ſpecie in eo ꝙ quale ſit p̄dica
tur. riſibile enim ⁊ mortale de homine p̄dicatuꝫ
in eo ꝙ quale eſt homo dicit: ſed nō in eo ꝙ qd
eſt quid eſt homo interrogatis nobis cōueniēs
eſt dicere animal. quale autem inquiſiti: quoniaꝫ
rationale ⁊ mortale cōuenienter aſſignabimus.
Rebus enim ex materia ⁊ forma ꝯſtātibus
vel ad ſimilitudinē proportionēqꝫ materie ⁊ for
me cōſtitutionem habentibus. quēadmodū ſta
tua ex materia eſt eris: forma autem figura: ſic ⁊
homo cōmunis ⁊ ſpecialis: ex materia quidem
ſimiliter ꝓportionabiliter conſiſtit ex genere: ex
forma aūt differentia: totū autē hoc. ſ. animal ra
tionale mortale homo eſt quemadmodum illic
ſtatua. Deſcribunt autē huiuſmodi differenti
am ⁊ hoc modo: Differentia eſt qd̄ eſt aptuꝫ na
tum diuidere ea que ſub eodem genere ſunt. rati
onale enim ⁊ irrationale hominē ⁊ equum: que
ſub eodem genere ſunt diuidūt. Aſſignāt etiā
hoc modo: Differētia eſt qua differūt a ſe ſingu
la: nāqꝫ ſm̄ genus nō differūt. Sum9 eniꝫ anima
lia nos ⁊ irrationabilia ſed additū rationale diſ
iunxit nos ab illis. rationales ſumus ⁊ nos ⁊ dij
ſed mortale appoſitū nobis diſiunxit nos ab il
lis. Interius autem perſcrutātes ⁊ ſpeculātes
differentiam dicunt nō qd̄libet eorū que ſub eo
dem ſunt genere diuidentium eſſe differentiaꝫ ſꝫ
qd̄ ad eſſe cōducit: ⁊ qd̄ ē pars eius qd̄ eſt eē rei
Neqꝫ enim qd̄ aptū natum eſt nauigare erit ho
minis differentia: ⁊ ſi ꝓprium ſit hominis. Dici
mus enim animaliuꝫ hec quidem apta nata ſūt
ad nauigandum: illa vero minime: diuidētes ab
illis: ſed natum eſſe ⁊ aptū ad nauigādū nō erit
cōpletiuuꝫ ſubſtātie nec eius pars ſed aptitudo
quedā. Iccirco nō eſt talis quales ſūt differētie

que ſpecifice dicuntur. Erunt ergo ſpecifice dif
ferentie quecunqꝫ alteram faciunt ſpeciē: ⁊ que
cunqꝫ in eo ꝙ quale eſt accipiuntur: ⁊ de differē
tijs quidem iſta ſufficiant.

Capitulū. 5ᵐ.

Roprium v̇o quadrifariā diuidūt. Nā
⁊ id qđ ſoli alicui ſpeciei accidit: ⁊ ſi nō
omni ꝓprium eſt: ut homini eē medicū
vł geometrā. Et qđ omni accidit ⁊ nō ſoli: quē
admodum hominem eſſe bipedeꝫ. Et qđ ſoli:
⁊ omni: ⁊ aliquando: ut homini in ſenectute ca
neſcere. Et qđ ſoli: ⁊ om̄i: ⁊ ſemꝑ: quēadmodū
homini eſſe riſibile. nam ⁊ ſi nō rideat tñ riſibile
dicitur nō ꝙ iaꝫ rideat: ſed ꝙ aptus natus ſit ad
ridendū. hoc autē ei ſemper naturale eſt ⁊ equo
hinnibile. Hec autem nominant̄ vere ꝓpria: q̄m
cōuertuntur: quicquid eniꝫ eſt equus hinnibile
eſt: ⁊ quicquid eſt hinnibile eſt equus.

Capitulū. 6ᵐ.

Ccidens eſt qđ adeſt ⁊ abeſt p̄ter ſubie
cti corruptionem. Diuiditur autē i duo
in ſeparabile ⁊ in inſeparabile. Separa
bile enim accidens eſt dormire: nigrum v̇o eſſe
inſeparabiliter coruo ⁊ ethiopi accidit. pōt autē
ſubintelligi ⁊ coruus albus: ⁊ ethiops nitēs cā
dore preter ſubiecti corruptionem. Diffinit̄ etiaꝫ
ſic quoqꝫ: accidens eſt qđ cōtingit eidem ineſſe
⁊ nō ieſſe. Et qđ neqꝫ genus: neqꝫ ſpecies: neqꝫ
differētia: neqꝫ ꝓprium: ſemper autē eſt in ſubie
cto ſubſiſtens. Omnibus igitur determinatis q̄
propoſita ſunt: dico autē genere ſpecie differētia
proprio accidente: dicēdū eſt que eis ꝓpria ſunt
⁊ cōmunia.

Capitulū. 7ᵐ.

Ommune quidem omnibus eſt de plu
ribus predicari. Sed genus quideꝫ de
omnibus ſpeciebus ⁊ de indiuiduis ⁊
differētia ſimiliter p̄dicatur. Species quidem de
his que ſub ipſa ſunt indiuiduis. At vero ꝓpriū
de ſpecie cuius eſt ꝓpriū: ⁊ de his que ſub ſpecie
ſunt indiuiduis. Accidens auteꝫ ⁊ de ſpeciebus
⁊ de indiuiduis: nāqꝫ animal ⁊ de equis ⁊ bobꝰ
⁊ de canibus predicatur que ſunt ſpecies: ⁊ de h̄
equo ⁊ boue que ſunt idiuidua. Irrationale v̇o
de equis ⁊ bobus ⁊ de his que ſūt particulares
predicatur. Species autem ut homo de inferio
ribus ⁊ de his qui ſunt particulares predicatur.
Proprium autē qđ eſt riſibile de homine ⁊ de
his qui ſunt particulares p̄dicatur. Nigrū autē
de ſpecie coruoꝝ ⁊ de his qui ſunt particulares
qđ eſt accidens inſeparabile: ⁊ mouere de homi
ne ⁊ equo: qđ eſt accidens ſeparabile: ſꝫ p̄ncipa
liter quidem de indiuiduis: ſecūdario vero ⁊ de
his que cōtinent indiuidua. Cōmune ē autē
generi ⁊ differentie ꝯtinentia ſpecieꝝ. cōtinet enī
⁊ differentia ſpecies ⁊ ſi nō omnes quot genera
rationale eniꝫ etſi nō cōtinet irrationabilia ut ge
nus quēadmodū ut animal: ſed cōtinet hominē
⁊ deum que ſunt ſpecies: ⁊ quecūqꝫ p̄dicant̄ de
genere ut genus: ⁊ de his que ſub ipſo ſunt ſpeci
ebus predicantur: quecunqꝫ de differentia pre
dicantur ut differētia ⁊ de his que ſub ipſa ſunt
ſpeciebus predicabunt̄. Nam qū genus ſit ani
mal nō ſolum de eo predicabit̄ ſubſtantia ⁊ ani
matum: ſed etiam de his que ſub animali ſūt ſpe
bus omnibus p̄dicat̄ vſqꝫ ad indiuidua. Qūqꝫ
ſit differentia rationale p̄dicatur de ea ut differē
tia id qđ eſt ratione vti: nō ſolum de eo qđ eſt ra
tionale: ſed etiam de his que ſub rationali ſūt ſpe
ciebus p̄dicabit̄ ratione vti. Cōmune autem eſt
⁊ perempto genere vel differentia ſimul perimi
que ſunt ſub ipſis: quēadmoduꝫ ſi nō ſit animal
nō eſt equus neqꝫ homo: at ſi nō ſit rōnale nullū
erit animal qđ vtat̄ ratione. Proprium autē
generis eſt de pluribus p̄dicari q̄ꝫ differentia ⁊
ſpecies ⁊ ꝓprium ⁊ accidens. animal eniꝫ de ho
mine ⁊ equo ⁊ aue ⁊ ſerpente p̄dicatur: quadru
pes v̇o de ſolis quatuor pedes habentibus: hō
vero de ſolis indiuiduis: ⁊ hinnibile de equis ⁊
de his que ſunt particulares: ⁊ accidens ſimiliter
de paucioribus. Oportet autē differentias acci
pere quibus diuidit̄ genus nō eas que cōplent
ſubſtantiā generis. Amplius genus cōtinet diffe
rentiā poteſtate. animalis eniꝫ ho c quidē ratio
nale eſt: illud vero irrationale. Amplius gene
ra quidem priora ſunt his que ſub ſe ſunt poſi
te differentijs: propter hoc quidem ſimul ꝙ eas
auferunt: nō autem ſimul auferunt̄: ſublato vero
animali aufert̄ rationale ⁊ irrationale. Differen
tie vero nō auferūt genus. nā ſi omnes interimā
tur tuꝫ ſubſtātia animata ſenſibilis ſubītelligi po
teſt que ē animal. Amplius quidē genus i eo ꝙ
quid eſt: differentia vero in eo ꝙ quale quid eſt
predicatur quēadmodum dictum eſt. Amplius
genus vnum quidem eſt ſ̄m vnāquāqꝫ ſpeciem
ut eſt hominis id qđ eſt animal: differentie vero

plurime:ut r·tionale mortale mentis ⁊ diſcipli-
ne perceptibile:quibus ab alijs differt ⁊ genus
quidem cōſimile eſt materie:⁊ forme quidē diffe
rentia. Quum autē ſint ⁊ alia cōmunia ⁊ ꝓpria ge
neris ⁊ differētie nunc iſta ſufficiāt. Genus au
tem ⁊ ſpecies cōmune quidē habent de pluribꝰ
predicari:quēadmodum dictum eſt. Sumatur
autem ſpecies ut ſpecies nō autē ut genus:ſi fue
rit idem ſpecies ⁊ genus. Cōmune autem his ē
⁊ priora his eſſe de quibus predicant̄: ⁊ totum
quoddā eſſe vtrūqȝ. Differunt autem eo ꝙ ge
nus quidē ſpecies cōtinet: ſpecies vero ꝯtinetur
⁊ non cōtinet genera. In pluribus enim eſt genꝰ
q̄ȝ ſpecies. Genera quideȝ p̄iacere oȝ ⁊ informa
ta differentijs ſpecificis perficere ſpecies:vnde ⁊
priora ſunt naturaliter genera ⁊ ſimul interimen
tia ſed que ſimul nō interimant̄ genus ⁊ ſpecies
ꝙ qū ſit genus:genus vᵒ quȝ ſit nō omnino erit
ſpecies. Et genera quideȝ vniuoce de ſpeciebus
p̄dicātur:ſpecies vᵒ de generibus minime. Am
plius genera quidem abundant eaꝝ que ſub ip-
ſis ſpecieꝝ ſunt ꝯtinentia:ſpecies vᵒ de generibꝰ
abundant ꝓprijs differentijs. Amplius nec ſpe
cies fiet vnq̄ȝ generaliſſimū:nec genus fiet vnq̄ȝ
ſpecialiſſimū. Generis auteȝ ⁊ ꝓprij cōmune
quidem eſt ſequi ſpecies. Nāqȝ ſi homo eſt ani-
mal eſt:⁊ ſi homo ē riſibile eſt. Et equaliter dr̄
predicari genus de ſpeciebus:⁊ ꝓprium de his
que participant illo. equaliter enim ⁊ hō ⁊ bos
animal eſt:⁊ Cicero ⁊ Cato ſūt riſibiles. Cōmu
ne autē eſt his vniuoce predicari genus de pro-
prijs ſpeciebus:⁊ ꝓpriū de his quoꝝ eſt ꝓpriū

Differt autē genus ⁊ ꝓprium: quoniā ge-
nus prius eſt:poſterius vᵒ ꝓprium. oportet eni
eſſe prius animal dehinc diuidi differentijs ⁊ ꝓ-
prijs. Et genus quidē de pluribꝰ ſpeciebꝰ p̄dicat̄
ꝓprium vᵒ de vna ſola ſpecie cuius eſt ꝓprium.
eſt.n. ꝓprium qᵒ conuerſim de eo cuius eſt pro
priuȝ predicat̄:genus vᵒ de nullo cōuerſim pre-
dicatur. nam nec ſi animal eſt hō eſt:nec ſi aial ē
riſibile eſt:ſi vᵒ riſibile eſt homo eſt ⁊ econuerſo
Amplius enim ſpeciei ineſt ꝓprium cuius eſt ꝓ-
prium ⁊ ſoli ⁊ ſemꝑ:genus vᵒ quidē etiā ſpeciei
ineſt cuius fuerit genus ⁊ ſemꝑ nō aūt ſoli. Am-
autē ſpecies quidē interempte nō ſimul ite͂rimūt
genera quoꝝ ſunt ſpecies: ꝓpria vᵒ interempta
interimūt ea quoꝝ ſunt ꝓpria:⁊ his interēptis
ipſa ſimul interimunt̄. Generi vᵒ ⁊ accidenti
cōmune eſt de pluribus:quēadmodum dictum
eſt p̄dicari:ſiue ſeparabilium ſit accidens ſiue in
ſeparabiliū:etenim moueri de pluribus ⁊ nigꝝ
de coruis ⁊ de oībus ethiopibus ⁊ aliquibus i-
animatis p̄dicant̄. Differt autē genus ab acci
denti:quoniā genus ante ſpecies eſt: accidentia
vᵒ ſpeciebꝰ poſteriora ſūt. nā ⁊ ſi iſeparabile ac-
cidens ſumat̄:tamē prius eſt illud cui accidit q̄ȝ
accidēs:⁊ genera quidem que participant equa-
liter participāt:accidentia vᵒ nō equaliter. Intē-
ſionē vᵒ ⁊ remiſſionē ſuſcipit accidentiū partici-
patio:genera vᵒ minime. Et accidētia quideȝ in
indiuiduis p̄ncipaliter ꝯſiſtunt:genera vᵒ ⁊ ſpe-
cies naturaliter p̄ora ſunt indiuiduis ſubſtantijs
Et genera quidē in eo ꝙ quid ſit p̄dicant̄ de his
que ſub ipſis ſunt:accidentia vero in eo ꝙ quale
aliquid ſit:vel quō ſe hȝ vnūquodqȝ. qualis eſt
enim ethiops iterrogatus dicis niger:⁊ quomo
do Socrates ſe hȝ dicis quoniā ſedet vel ambu
lat. Genus vᵒ quō ab alijs quatuor differat
dictum eſt. Cōtingit autē etiā vnūquodqȝ alioꝝ
differre ab alijs quatuor:ut qum quinqȝ quideȝ
ſint vnūquodqȝ autē ab alijs differat quater qn-
qȝ vigīti fiāt omnes differētie:ſed ſemꝑ poſterio-
ribus enumeratis:⁊ ſecundis quidē vna differē-
tia ſuperatis ꝓpterea quia iam ſumpta eſt:tertijs
vᵒ duabus:quartis vᵒ tribus:quintis vᵒ quatu
or decē ſunt ōmnes:quatuor tres due vna. Ge-
nus etenim differt a differētia ⁊ a ſpecie ⁊ ꝓprio
⁊ accidēte:quatuor ergo ſunt omnes differentie
Differētia quo differt a genere dictū eſt:qn̄ quo
differt genus ab ea dicebat̄: relinquit̄ ergo quo
differat differentia a ſpecie ⁊ ꝓprio ⁊ accidēti di
cere. Et ſunt tres rurſus ſpecies quo quidem dif
fert a differētia dictū eſt qn̄ quo differret a ſpecie
differētia dicebat̄. Quo differat ſpecies a genere
dictū eſt:qn̄ quo differat genus a ſpecie dicebat̄
Reliquū eſt igit̄ ut quo differat ſpecies a ꝓprio
⁊ accidēti dicatur:⁊ ſunt due:quo autē differt ꝓ
priū ab accidēti relinquit̄. Nam quo a genere ⁊
ſpecie differat p̄dictum eſt in illoꝝ ad ipſū diffe-
rentijs:quatuor igit̄ ſumptis differentijs ad alia
tribus vᵒ differentijs duabus ſpeciei:vna auteȝ
ꝓprij ad accidens decē erūt omnes:quare qua-
tuor que erāt generis ad reliquas ſuperius demō
ſtrauimus. Cōmune ergo ē differentie ⁊ ſpe-
ciei equaliter participari. Homine eni equaliter
participāt particulares hoīes ⁊ rōnali differētia

Cõmune vo eſt ſemp adeſſe his que eoꝝ partici
pãt. ſemp eni Sor. rationalis ẽ: ⁊ ſemp Sor. hõ
eſt. Propriũ aũt eſt differẽtie quidem in eo ꝙ
quale ſit ꝑdicari: ſpeciei vo in eo ꝙ quid eſt. naꝫ
ſi hõ velut qualitas accipiat nõ erit tñ ſimplicit
qualitas: ſed ſm id qđ generi aduenientes diffe-
rentie eam cõſtituerunt. Amplius differẽtia qui-
dem ſepe in pluribus ſpeciebus ꝯſiderat: queãd
modũ quadrupes in pluribus animalibus ſpe-
cie differentibus: ſpecies vo in ſolis his que ſub
vna ſpecie ſunt indiuiduis. Amplius differentia
quidẽ ꝑma eſt ab ea ſpecie que eſt ſm ipſã: ſimul
enim ablatũ rationale interimit hominẽ: homo
vo interemptus non aufert rationale qũ ſit deus
Amplius differẽtia quidẽ cõponit cũ alia diffe-
rentia: rationale ⁊ mortale cõpoſitũ eſt in ſubſtã
tia hominis: ſpecies vo ſpeciei nõ componit ut
gignat alterã ſpeciẽ: quedã eni equa cuidã aſino
permiſcet ad muli generationẽ: equa eniꝫ ſimpli
citer aſino nunꝗ̃ cõueniẽs eſt perficere mulum.

Differentia vo ⁊ ꝓpriũ cõmune quideꝫ ha-
bent equaliter participari ab his que eoꝝ parti
cipãt: equaliter eniꝫ ⁊ rationalia ⁊ rationalia ſũt
⁊ riſibilia ſunt riſibilia: ⁊ ſemper omni: adeſſe cõ-
mune vtriqꝫ eſt. ſi eniꝫ curtet qui bipes ẽ nõ ſub-
ſtantia perit: ſed ad id ad qđ natũ eſt ſemper pre
dicat. nã ⁊ riſibile ad id qđ natũ eſt ſemp dicit: ſꝫ
nõ in eo ꝙ ſemp rideat. Propriũ aũt differẽ
tie ẽ ꝙ hec quidẽ de pluribus ſpeciebus dicitur
ſepe: ut rationale de homine ⁊ de deo: ꝓpriũ vo
de vna ſola ſpecie cuius eſt ꝓpriũ ⁊ differẽtia il-
lis ẽ cõſequẽs quoꝝ ẽ differẽtia: ſꝫ nõ cõuertitur
ꝓpria vo cõuerſim ꝑdicant de his quoꝝ ſunt ꝓ
pria. Differẽtie autẽ ⁊ accidenti cõmune qui
dẽ eſt de pluribus dici: cõmune vo ad ea q̃ ſunt
inſeparabilia accidẽtia ſemp ⁊ omnibus adeſſe
bipes eniꝫ ſemp adeſt omnibus coruis ⁊ nigruꝫ
ſimiliter. Differũt autẽ ꝙ differẽtia quideꝫ cõ
tinet ⁊ nõ ꝯtinet. cõtinet eniꝫ rationalitas hoieꝫ
accidẽtia vo quodãmodo cõtinent eo ꝙ in plu-
ribus ſunt quodãmodo: ꝯtinent eo ꝙ nõ vnius
accidentis ſuſceptibilia ſũt ſubiecta ſed plurimo
rũ. Et differẽtia quidẽ iintẽſibilis ⁊ irremiſſibilis
accidẽtia vo minus ⁊ magis recipiunt: ⁊ imper-
mixte ſunt quidẽ cõtrarie differẽtie: mixta vo cõ
traria accidẽtia: huiuſmõi qdẽ cõmuniones ⁊ ꝓ
prietates dr̃ie ⁊ ceterorũ ſunt. Species vo quo
quidẽ differat a genere ⁊ differẽtia dictũ ẽ in eo
ꝙ dicebamus quo gen' differat a ceteris: ⁊ quo
differentia differt a ceteris. Speciei vo ⁊ proprij
cõmune ẽ quidẽ de ſe inuicẽ ꝑdicari. Nã hõ riſi
bile eſt: ⁊ riſibile homo ẽ: riſibile vo quoniã ſm
id qđ natũ eſt dicitur: ſepe eniꝫ iaꝫ dictũ ẽ. Equa
liter eniꝫ ſunt ſpẽs his que eorũ participãt ⁊ pro
pria quorũ ſunt ꝓpria. Differt aũt ſpẽs a pro
prio: qm̃ ſpẽs quidẽ poteſt ⁊ alijs eſſe genus: pro
priũ vo aliarũ ſpecierũ eſſe ĩpoſſibile ẽ: ⁊ ſpecies
quidẽ ante ſubſiſtit q̃ꝫ propriũ: propriũ vo poſt
fit in ſpecie. oportet eni ante hominẽ eſſe ut ſit ri-
ſibile. Amplius ſpecies qdem ſemper actu adeſt
ſubiecto: ꝓpriuꝫ vo aliqñ actu: poteſtate vo ſem
per. homo eniꝫ ſemp actu eſt Socrates: non vo
ſemp ridet q̃uis ſit natura ſemp riſibilis. Ampli
us quorũ termini differẽtes ſunt ⁊ ipſa ſunt dif-
ferentia. eſt autẽ ſpeciei eſſe ſemp ſub genere ⁊ de
pluribus differẽtibus numero in eo ꝙ quid ſit ꝑ
dicari ⁊ cetera huiuſmõi: ꝓpriũ vo ẽ ſoli ⁊ ſemp
⁊ omni adeſſe. Speciei vo ⁊ accidentis cõmu
ne quidem eſt de pluribus ꝑdicari: rare vo alie
ſunt cõmunitates, ꝓpterea: quoniã q̃ꝫ plurimum
diſtant a ſe accidens ⁊ id cui accidit. Pro-
pria vo vtriuſqꝫ ſunt ſpeciei ꝙ in eo qđ quid eſt
de pluribus predicari de his quorum eſt ſpeci-
es: accidentis auteꝫ in eo ꝙ quale quiddam eſt
vel quomodo ſe habẽs: ⁊ propriũ eſt vnãquãqꝫ
ſubſtantiam: vna quidem ſpecie participari plu-
ribus aũt accidentibus ⁊ ſeparabilibꝰ ⁊ ĩſepara-
bilibus. Et ſpecies quidem ante ſubintelligi po
teſt q̃ꝫ accidentia vel ſi ſint inſeparabilia. oportet
enim ante eſſe ſubiectum ut illi aliquid accidat
accidentia vero poſterioris generis ſunt ⁊ aduẽ
ticie nature: ⁊ ſpeciei quidem participatio equali
ter eſt: accidentis vero: vel ſi inſeparabile ſit non
equaliter. ethiops enim alio ethiope habebit co
lorem uel intenſum vel remiſſum ſm nigredinẽ
Reſtat igitur de proprio ⁊ accidenti dicere: quo
enim proprium a ſpecie ⁊ differẽtia ⁊ genere dif
fert dictum eſt. Cõmune autẽ ꝓprij ⁊ acciden
tis inſeparabilis eſt ꝙ preter ea nunꝗ̃ cõſiſtant
ea in quibus conſiderantur: queadmodum pre
ter riſibile non ſubſiſtit homo: ita nec ꝑter nigre
dinem ſubſiſtit ethiops: ⁊ queadmodum ſem-
per ⁊ omni adeſt proprium: ſic ⁊ inſeparabile ac
cidens. Differt autem quoniã propriuꝫ vni
ſoli ſpeciei adeſt: queadmodum riſibile homini
inſeparabile vero accidens: ut nigrum non ſolũ

ethiopi:ſed etiam coruo adeſt ⁊ carboni ⁊ ebeno:⁊ quibuſdam alijs:quare proprium conuerſim de eo cuius eſt proprium predicatur ⁊ equaliter:inſeparabile vero accidens conuerſim non predicatur. Et proprium quidem equalis ē participatio:accidentium vero hec quidem magis illa vero minus. Sunt quidem ⁊ alie cõmunitates vel pp rietates eorum que dicta ſunt: ſed ſufficiant quidem hec ad diſcretionem eorum que dicta ſunt cõmunitatiſqꝫ traditionem.

Explicit liber predicabiliũ porphirij.

## Cōmentum Au͠.ſuper li. porphirij incipit.
### Ca.j.

Ntentio in hac dictione ē explanatio eius qȯ cōtinet liber porphirij ī introductione ad ſciētiaꝫ rationalē qūm currit cōſuetudo ut aperiāt libri logice ī eo. Dixit ꝙ ꝑceſſio in ſcientia quid eſt genus: quid differētia: quid ſpecies quid ꝓpriū: ⁊ quid accidēs eſt neceſſaria in diſciplina libri ꝑdicamentoꝝ Ariſ. ⁊ ipſa etiaꝫ vtilis ē in cōpoſitione diffinitionū: ⁊ in diuiſione: ⁊ ī demōſtratione. Et dixit illud ideo q2 diffinitiones cōponunt ex generibus ⁊ differētijs: ⁊ diuiſio quidē eſt geneꝝ per differētias: ⁊ demonſtrationis ꝓpoſitionū partes ſunt hec predicata quinqꝫ. Dixit ⁊ poſtꝙ̄ hoc vidi: ut ponā libꝝ abbreuiatū in quo cōpilabo ſciētiam: que ē apud antiquos de his rebus ſub breuitate: ſm̄ modū intētionum preter qȯ intendam ad queſita nō logicalia: que ſunt in his rebus Sicut eſt inquiſitio de generibus ⁊ ſpeciebus: vtꝝ ſint inuenta extra intellectum: ſicut ipſa ſunt in intellectu: aut īuentio ipſoꝝ ſit in intellectu tm̄. Et ſi ſint inuēta extra intellectū: ſicut ipſa ſūt ī ipſo: que inuentio ſit eoꝝ inuentio vtrum ſint corpora vel nō corpora. Et ſi nō ſunt corpora vtꝝ ſint ſeparata an nō ſeparata? Sed iquiſitio ex his rebus eſt ex eo qȯ eſt inuentū experta qua ipſa ſūt logicalia ⁊ rememorabor ex h̄ ꝓprie inter id: rememoratione conſuetudo peripateticoꝝ.

### Capitulum.2m.

Ixit: Et genus ⁊ ſpecies nō dicuntur ſi̅liter de intētione vna. Qum genus dicitur ſupra de trib⁹ intentionibus. Quaꝝ vna eſt cōgregatio vel ꝓportio relata patrium: ſicut dicitur genus arabum: ⁊ genus adam: ꝓpter cōparationem ipſoꝝ ad iarababā ⁊ ad adam. Et ſecunda eſt principium generationis: pater. ſ. aut ⁊ locus: ⁊ de his nō agitur: ſicut dicitur adhin eſſe genus hominum: ⁊ hiſpaniam eſſe genus hiſpanoꝝ. Et tertia ē de qua agitur in hac arte ⁊ illa eſt cui ſubijcitur ſpecies: ⁊ tranſtulerunt quidam huic intentioni nomen generis famoſiores huius artis ꝓpter cōparationem ipſorum ad illas duas intentiones notas apud vulgum: quoniaꝫ illud genus ē ꝓpriū ſpeciebus q̄ ſūt ſub eo: ſicut ꝯprehēdit gen⁹ relatū ad patrē vnū multitudinē q̄ ē ſub eo. Dixit: ⁊ hanc intentionem tertiam: que eſt illa de qua hic dicitur. ſignificauerunt antiqui ꝑ hoc qȯ dixerunt ꝙ genus predicatur de multis differentijs in ſpecie ex via quid eſt. Sicut animal predicatur de equo aſino ⁊ homine ex via quid eſt vnūquodqꝫ ipſorum: ideſt reſpondetur de vnoquoqꝫ ipſoruꝫ ad queſtionē factam per quid eſt. Sicut ſi queratur quid eſt equus: ⁊ quid eſt aſinus? reſpondetur nāqꝫ ꝙ animal ⁊ homo ⁊ equus ⁊ aſinus ſunt multa differentia in ſpecie. Dixit: ⁊ eſt quideꝫ ꝙ genus predicatur de pluribus propterea quia rerum ꝑdictarum: quedam predicantur de vno: ⁊ ſunt predicata ſingularia: ⁊ quedam predicant̄ de pluribus numero: que ſunt genera ⁊ ſpecies ⁊ differentie: ⁊ propria ⁊ accidentia que predicātur de pluribus: nō que predicantur de vno tm̄. Exempluꝫ generis eſt animal qȯ cōprehendit hominem ⁊ alia. Exempluꝫ ſpeciei eſt homo qui cōprehendit Socra. ⁊ Pla. Exemplum differentie eſt rationale homini. Exempluꝫ ꝓprij receptibile ſcientie eidem. Exemplum accidentis: ſtatio: inclinatio: ſeſſio. Dixit ꝙ genus differt ab indiuiduis: eo ꝙ dicitur predicari de pluribus: ⁊ differt etiaꝫ a reliquis quatuor ꝑdicatis de pluribus. A ſpecie quidem in eo ꝙ ipſa predicatur de pluribus differentibus numero: ſicut homo qui predicat̄ de Sor. ⁊ Pla. qui differunt numero. Sed animal qȯ eſt genus homini: predicatur quidem de homine ⁊ equo differentibus ſpecie: ⁊ ī hoc qȯ dicit differt genus a ſpecie vltima. Et ꝓpter hoc eſt diffinitio generis vera: qȯ ipſum eſt cōmunius duorum animalium: in quibus oportet ꝙ reſpondeat in rn̄ſione q̇d eſt: ſicut diffiniuit ab vna : aut ꝙ eſt ſub quo ordinatur ſpecies: ſicut diffiniuit ipſe prius Dixit: ⁊ a proprio iam differentie genus: q2 ꝓprium predicatur de ſpecie vna: ⁊ eſt ſpecies cuius eſt ꝓprium: ⁊ de indiuiduis que ſunt ſub illa ſpecie: ſicut receptibile ſcientie qȯ ꝑdicatur de homine tm̄: ⁊ de vnoquoqꝫ ſingulari nomine: ſed genus predicatur de ſpeciebus multis numero. Dixit: ⁊ differt genus a differentijs ⁊ accidentibus omnibus per hoc qȯ dicitur ꝙ predicatur in eo ꝙ quid eſt: qū differentia ⁊ accidens ꝑdicentur de re cuius eſt differētia aut accidens ex via qualis eſt: non quid eſt. Nam qum querit̄ a nobis de homine quale animal eſt? Dicimus ꝙ ē rationale: ⁊ ſimiliter qum queritur de coruo per quale? iā reſpondetur per accidens cōſequens ipſum. Verbi gratia ut dicatur: quale animal eſt? ⁊ dicatur nigrum ⁊ rationale eſt differentia: ⁊ nigrum accidens. Sed in reſponſione quid eſt reſpondetur genus: ſicut ſi queritur de homine: quid eſt? reſpondetur animal. Per hoc ergo qȯ accipit̄ in diffinitione generis: ꝙ ipſum eſt predicatum de pluribus ſeparatur a rebus particularibus: ⁊ per hoc qȯ dicitur in ea differentibus ſpecie: ſeparatur a ſpecie ⁊ ꝓprio: ⁊ ꝑ hoc qȯ dicitur in eo ꝙ quid eſt: non ex via qualis eſt ſeparatur a differentijs ⁊ accidentibus. Iāqꝫ ſignificatum eſt ſuper hoc ꝙ huius deſignatio generis: neqꝫ ſuperfluū: neqꝫ diminutum cōtinet: lꝫ dixerimus in quibus cōtinet diminutionem.

### Capitulum.3m.

Pecies dicitur de duabus intentionibus. Una eſt forma rerum ſm̄ quam dicitur ſpecies priami digna eſt imperio. Et intentio ſecūda de qua eſt hic intentio: ⁊ eſt vniuerſale qȯ ſubijcitur generi: quod

ante diffinitum eſt: qȯ eſt magis propꝛium ꝙ̄ ipſum: ſꝫ ꝙ
dicitur homo eſt ſpecies animalis: ⁊ animal genus eius.
⁊ ſimiliter ꝙ album eſt ſpecies coloꝛis: ⁊ coloꝛ eſt genus
albi. Dixit: ⁊ non eſt cōtra nos ꝙ nos quꝫ diffiniuimus ge
nus poſuimus in diffinitione eius ſpecieꝫ: qum diximus
de pluribus pꝛedicari differentibus ſpecie: ⁊ qum diffini-
uimus ſpeciē: diximus ſpecies eſt id qȯ ſubijcitur generi
⁊ oꝛdinatur ſub eo: quoniam vnunquodqꝫ ipſoꝛum dicit
in relatione ad ſuum cōpar: ⁊ de pꝛopꝛietate relatiuoꝛuꝫ
eſt ꝙ vnūquodqꝫ recipiatur ī diffinitione ſui cōparis: pꝛe
ter qȯ accidat ex hoc impoſſibile. Jāqꝫ deſignatur ſpeci-
es per hoc qȯ pꝛedicatur de pluribus differentibus nu-
mero ex via ꝙ quid eſt: niſi quia hec deſignatio compꝛehē
dit ſpeciem vltimaꝫ tm̄: que eſt id qȯ ſpecies tm̄ pꝛeter qȯ
ſit genus. Sed diffinitio pꝛima cōpꝛehendit omnes ſpeci-
es in qua dicitur ꝙ eſt oꝛdinata ſub genere: ⁊ magl ꝓpꝛia
ipſo: ⁊ opoꝛtet ut intelligatur ex hoc qȯ dicit ꝙ diffinitio
vera generis in qua non cōmunicat ei ſpecies media eſt ꝙ
eſt vniuerſale compꝛehendens ſpeciem: ⁊ oꝛdinatum ſup
ipſam ex via quid eſt: ⁊ non diffinitio quam narrauit an-
te: quia in illa ſicut diximus cōmunicat cuꝫ eo ſpecies me-
dia: ⁊ qum vtrunqꝫ generis ⁊ ſpeciei dicatur in relatione
ad ſuum compar: ⁊ ſicut in vnoquoqꝫ pꝛedicatoꝛum ſunt
quoꝛum quoddam intrat ſub alio: eſt manifeſtum ꝙ in
vnoquoqꝫ ipſoꝝ ſunt vniuerſalia: que dicuntur eſſe gene
ra ⁊ ſpecies: genera in cōparatione ad ſua infeↄꝛa: ⁊ ſpe
cies in cōparatione ad ſua ſuperioꝛa: ⁊ ipſa ſunt vniuerſa
lia vera: que ſunt inter vniuerſale pꝛimum ⁊ vltimum in
uentoꝛum in eodem pꝛedicamento: ⁊ ꝙ pꝛimum vniuer-
ſale dicitur genus generum: qum non inueniatur genus
ſupꝛa ipſuꝫ in cōparatione cuius dicatur ſpecies: ⁊ vniuer
ſale vltimum dicitur in eo ꝙ ſit ſpecies ſpecieꝝ: qum non
inueniatur vniuerſale ſub eo in cōparatione cuius nomi-
netur genus: ſed illa que ſunt inter ea dicuntur genera ⁊
ſpecies ꝓpter duas. Uerbi gratia: in pꝛedicamento ſubſtā
tie. Subſtantia quidem eſt genus: ⁊ ſub ipſa eſt coꝛpus: ⁊
ſub coꝛpoꝛe animatuꝫ coꝛpus: ⁊ ſub animato coꝛpoꝛe ani
mal: ⁊ ſub animali rationale: ⁊ ſub rationali homo: ⁊ ſub
homine Soꝛ. ⁊ Pla. ⁊ alij ſingulares homines: ⁊ ſubſtan
tia in hoc pꝛedicamento eſt genus generum: ⁊ homo eſt
ſpecies ſpecierum: ſed coꝛpus quidem eſt ſpecies ſubſtan-
tie: ⁊ genus coꝛpoꝛis animati: ⁊ coꝛpus animatum eſt ſpe
cies coꝛpoꝛis: ⁊ genus animalis: ⁊ animal eſt ſpecies coꝛ-
poꝛis animati ⁊ genus animalis rationalis: ⁊ animal ra-
tionale ſpecies eſt animalis ⁊ genus hominis: ⁊ homo eſt
ſpecies animalis rationalis: ⁊ non eſt genus alicuius: quꝫ
pꝛedicetur de particularibus hominibus. ſ. de indiuiduis
ergo eſt ſpecies tm̄. Et vniuerſale quidem in ſumma no-
minatur genus in comparatione ad ſuum inferius: ſpeci-
es in cōparatione ad ſuuꝫ ſuperius: ⁊ vniuerſale ſupꝛemū
quia inuenitur ei pꝛopoꝛtio vna tm̄: ⁊ ē pꝛopoꝛtio ad ſuū
inferius: eſt genus tm̄. ⁊ vniuerſale vltimum quia non in
uenitur ei niſi vna pꝛopoꝛtio. ſ. ad ſuum ſuperius eſt ſpe-
cies tm̄. ⁊ media inter hec duo quia inueniuntur ꝓpoꝛtio
nes eis due ſūt genera ⁊ ſpecies. Et opoꝛtet ut ſcias ꝙ ſub
ſtantia poſita eſt in exemplo hoc ꝓ genere generum ſm
ſententiam ꝙ materia ⁊ foꝛma intrent pꝛedicamentū ſub
ſtantie: ⁊ ſubſtantie ſeparate Et ſimiliter ponunt rationa
le genus hominis ſm viaꝫ ⁊ ſententiam illius qui dicit ꝙ
rationale eſt genus hominis ⁊ angeli. Uerum apud illuꝫ
qui iubet ꝙ ratio in vtroqꝫ eſt ſm equiuocationeꝫ nomi-
nis non eſt genus. Et ſimiliter ſm illuꝫ qui videt ꝙ id qȯ
intenditur in pꝛedicamentis eſt cōputatio vniuerſaliuꝫ re
rum ſenſibilium erit genus generum coꝛpus. Jāqꝫ diffini-
unt genus generum in hoc ꝙ genus eſt: ⁊ non eſt ſpecies
⁊ diffinitur per ipſum: ⁊ hoc quia ipſum eſt non habens
genus ſupꝛa ſe: ⁊ diffinitur ſpecies ſpecierum: qȯ qū ſit ſpe
cies non eſt genus: aut qȯ eſt ſpecies indiuiſibilis in ſpeci-
es: ⁊ qȯ pꝛedicatur de pluribus differentibus numero ex
via ꝙ quid eſt ut dictum eſt. Et media quidem ſunt gene
ra ⁊ ſpecis: genera in cōparatione ad ſuum inferius: ſpeci-
es in cōparatione ad ſuum ſuperius: ⁊ non accidit in om
nibus generibus inuentoꝛum: ſicut accidit in generibus
parentele: qȯ eſt quia genera parentele aſcendunt om-
nia ad patrem vnum: ſicut adiabir ⁊ arabibet: ⁊ non ele-
uantur genera inuentoꝛum ad ſuum vniuerſale cōmune
ipſis omnibus: quoniam ens inuentum non eſt omnibus
genus: nec inuenitur genus ad qȯ eleuentur omnia gene-
ra poſt ipſum ſed omnia genera aſcēdunt ad decē genera
poſt que ſunt decē pꝛedicamenta: ⁊ ipſoꝛum quedam nō
ſunt ſuper quibus nec inuenitur pꝛedicamentum ⁊ conti
nens ipſa. ⁊ illud eſt qꝛ nomen inuenientis ipſis eſt dictū
per cōmunitatem nominis: aūt per modum modoꝝ con
ſecutionis non vniuoce: ⁊ ſi eſſet inuentum eis commune
eſſet nomen inuenientis dictum de eis vniuoce. Igit̃ quꝫ
ſint decē genera pꝛima: ⁊ cōmunitas inter ea eſt in dictio
ne inuenti tm̄: nō in diffinitione: genera generum ſm hoc
erunt decem: ſed ſpecies ſpecierum quidem ſunt multe:
ſed compꝛehenſe: neqꝫ ſunt infinite: ſed ſingularia in que
diuiduntur ſpecies ſunt infinita: ⁊ ideo non cōpꝛehendun
tur per differentias quibus diuiduntur ſpecies vltime:
quia iſte differentie ſunt infinite: ⁊ quod eſt infinitum
nō cōpꝛehendit ſcia: ⁊ quādo deſcēdimus ꝑ diuiſionē ge-
nera generū in ſpecie ſpecieꝝ. Jnuenimus quideꝫ in hoc
opere ut reducamus vnum in multa: ⁊ qum aſcendi-
mus ad genera generū inuenimus in hoc opere: ut aggre
gemus multa in vnum: qȯ eſt quia ꝙ̄to magis aſcēdit ge
nus ē minus notificans ⁊ magis aggregās ea que ſūt ſub

eo:⁊ ꝗ̄to magis deſcenditur eſt magis notificãs ⁊ minus
aggregãs:⁊ in vtroqꝫ eoꝝ eſt aggregatiuũ.ſ.genus ⁊ ſpẽs
ſed genus magis aggregat ⁊ ſpecies minus. Sꝫ rõnes qui
deꝫ indiuidue ſunt ecõtrario generis ⁊ ſpeciei.ſ. ꝙ ſeparãt
abſqꝫ eo ꝙ agregent:qꝺ eſt qꝛ ſemper diuidunt ſpeciẽ: ſi-
cut ẽ diuiſio hominis ĩ Soꝛ.⁊ Pla.⁊ ſingularia ſemꝑ di-
uidunt ⁊ minime aggregãt.Sed qꝛ iaꝫ narrauimus quid
ſpecies ⁊ quid genus:⁊ eſt vnuꝫ genus ſpeciebus multis:
quoniã genus quidẽ diuidit in ſpecies multas: ⁊ ꝙ gene-
ris ꝑ̄dicatio ſemꝑ verificat de ſpecie: ⁊ ſimiliter genus ge
nerũ.Et vl̄iter omne qꝺ eſt ſupꝛa predicatur de eo qꝺ eſt
ſubtus:qũ ſit cõmunius ipſo.Sꝫ ſpecies quidẽ nõ ꝑ̄dicat
de genere ꝓpinquo:neqꝫ remoto.ſ.ꝑ̄dicatione vl̄i qꝛ non
ꝯuertitur in ꝑ̄dicatione:qm̄ res que pꝛedicant de rebus:
aut ſunt equales illis rebus de quibus pꝛedicant: aut cõ-
munioꝛes ipſis:⁊ equales ꝯuertunt in ꝑ̄dicatione:ſicut di
cit omnis equus ẽ hinnibilis: ⁊ omne hinnibile ẽ equus.
Sed que ſunt cõmunioꝛes nõ ꝯuertunt in ꝑ̄dicatione: ſic
ẽ generis de ſpecie:⁊ ſpeciei de idiuiduis: ſicut animal qꝺ
eſt coꝛpus ꝗ̄ homo:qm̄ veꝝ ꝙ omnis homo ẽ animal: ⁊
nõ cõuertitur.Et res de quibus ꝑ̄dicat ſpecies de ipſis ꝑ̄-
dicatur genus illius ſpeciei neceſſario: ⁊ genus illius gene
riꝭ donec finiat pꝛedicatio apud genus geneꝝ:ut ſi dicatur
Soꝛ.eſt homo verificat de eo genus animalis:qꝺ ẽ coꝛpꝰ
nutribile ſenſibile:qum hoc ſit ita.Res ergo alia cõis pꝛe
dicatur de eo qꝺ eſt ſub ea ſemper:⁊ ꝓpter hoc ꝑ̄dicatur
ſpecies de idiuiduis:⁊ genus de ſpecie:⁊ genus geneꝝ pꝛe
dicatur quidẽ de vltima ſpecie ⁊ de indiuiduis ipſarum :
⁊ ſpecies vltima quidẽ pꝛedicat de indiuiduis tm̄: ⁊ indi-
uiduum pꝛedicat de vno tm̄:⁊ hoc qꝺ dixit nõ verificatur
niſi in indiuiduis accidẽtiũ:qꝛ indiuidua ſb̄e nõ pꝛedicant
de aliquo ſm curſũ vl̄em:⁊ ideo hec aſſignatio eſt vera ꝙ
indiuiduum nõ pꝛedicat de multis: nõ que eſt ꝙ pꝛedicat
de vno:ſicut ipſe aſſignauit.Dixit ⁊ illud qꝺ diſponit per
hoc qꝺ eſt vnũ:dico indiuiduũ:quoniã ꝯſtat ex ꝓpꝛietati
bus:quaꝝ aggregatio nõ eſt poſſibile inueniri eadeꝫ ĩ coꝛ
poꝛe aliquo alio indiuiduo:qm̄ ſũma ex qua ꝯſtat Soꝛ.
nõ eſt poſſibile ut inueniat in aliquo alio ab eo. Sed pꝛo
pꝛietates hominis cõis inueniunt in pluribus qui ſũt ſin-
gulares homines:⁊ ꝓpter ꝑ̄dicatur de omnibus idiuidu-
is hominũ:ergo ſpecies ꝯtinet indiuiduũ:⁊ genus cõtinet
ſpeciẽ:⁊ genus eſt ſimile toti:⁊ indiuiduũ eſt ſimile parti:
⁊ ſpecies eſt ſimile toti in reſpectu: ⁊ eſt ſimile parti in re-
ſpectu:⁊ eius ſimilitudo toti ẽ:qꝛ cõtinet indiuiduũ:⁊ par
ti qꝛ genus cõtinet ipſam. Jam diximus quid eſt genus ⁊
quid ſpecies:⁊ quid genus geneꝝ:⁊ quid ſpecies ſpecieruꝫ
⁊ que media:⁊ que ſunt genera in reſpectu:⁊ que ſpecies ĩ
reſpectu:⁊ quid idiuidua:⁊ quot modis dicit genus ⁊ ſpe
cies

## Capitulũ.4m.

Differẽtia ſimiliter de tribus dicitur intẽtionibꝰ
cõis ꝓpꝛia ⁊ ꝓpꝛia ꝓpꝛie.Et dr̄ dr̄ia cõis qua di-
uerſificat aliquid ab aliquo:aut qua diuerſificant diſpoſi
tione vnius rei ĩ ſeipſa:quoniã diuerſificant Soꝛ. ⁊ Pla.
ꝓpter diuerſitatẽ que eſt inter ipſos per ſe.i.in ſb̄a. Et di
uerſificãtur diſpoſitiones eius in ſeipſo:qꝛ modo iuuenis
poſtea vir:⁊ ut aliquid faciat: ⁊ illud nõ faciat in alio tꝑe
Et vl̄iter omne quo diuerſificat ſb̄a : aut diuerſificant ꝓ-
pter ipſũ ſb̄e vnius nominat differentia cõis.ſed differen-
tia quidẽ ꝓpꝛia eſt qua diuerſificatur aliquid ab aliquo ꝑ
accidenꝭ inſeparabile:ſicut cecitas in oculo ⁊ veſtigium in
plaga cõcaua.Sed differẽtia que ẽ ꝓpꝛie ꝓpꝛia eſt qua eſt
diuerſitas ꝑ differẽtiam renouantẽ ſpeciẽ: ſicut eſt diuer-
ſitas hominis ab aliȷs animalibus per rõnem : quoniam
ratio ẽ differẽtia que renouauit ſpeciẽ hominis : et vl̄iter
omnis differentia rei in qua inuenit diuerſitas.Sed diffe
rentia cõis ⁊ ꝓpꝛia nõ renouãt inuentũ aliud. Differentia
vero ꝓpꝛie ꝓpꝛia renouãs inuentũ:aliud nomniatur diuer
ſitas que renouat inuẽta diuerſa dr̄ia renouãꝭ ſpecies:Et
que nõ renouat inuenta alia nominat differẽtia abſolute
U.g.qꝛ animal qũ additur ei ratio renouat ⁊ inuentuꝫ ⁊
ſpeciem ex ſpeciebus:ſed motus qum addit animali non
renouat aliud:ſed aufert ab eo quietẽ tm̄.Ergo differenti
arum quedã eſt renouãs inuentũ aliud:⁊ quedã renouãs
ab alteratione.Et differẽtie que renouãt inuentũ ſunt qui
bus diuiduntur genera in ſpecies: ⁊ per eas cõplent diffi-
nitiones.Sed ſpecies alie differentiaꝝ ſunt innouantes ĩ
diſpoſitionibus diuerſitatẽ:⁊ nõ in ſubſtantiȷs reꝝ.Et dif
ferentiaꝝ eſt alia diuiſio:ꝙ eſt qꝛ ipſaꝝ quedã eſt ſepara-
bilis:ſicut motus ⁊ quies ⁊ ſanitas ⁊ egritudo:⁊ quedaꝫ
eſt inſeparabilis.Eius autẽ que eſt inſeparabilis ſunt due
diuiſiones.ſ.aut ſubſtãtialis:aut accidentalis:⁊ accidenta
lis eſt ſicut ſimitas in naſo : ⁊ ſubſtãtial̄ eſt ſicut ratio ho
mini:⁊ acceptibile ſciẽtie.Et ſubſtãtialis eſt que accipitur
in diffinitione ſubſtãtie rei illius cui inuenit:⁊ renouat ſi-
cut diximus inuẽtum aliud a genere cui addit . Sed que
eſt ſm viã accidentis in diffinitione ſb̄e rei de qua ꝑ̄dicat
nõ renouat ſpeciẽ aliã:ſed renouat ꝑ mutationẽ ⁊ altera-
tionẽ tm̄.Sed differentie ſubſtãtiales nõ ſuſcipiũt magis
neqꝫ minus :qꝺ ẽ quia ſicut non eſt vna ſpecies animalis
magis ſpecies ꝗ̄ alia.Sicut ẽ diſpoſitio generis in differẽ
tiȷs diuidẽtibus ſpeciei.ſ.ꝙ nõ pꝛedicatur de illis de ꝗbus
pꝛedicat ſm magis ⁊ minus:quoniã ipſe ſunt cõplẽtes dif
finitiones ſpecieꝝ renouatarũ ab ipſis:⁊ dantibꝰ ipſis eſſe
⁊ in inuentione nõ ſuperãt ſe ad inuicem res inuente: qm̄
nõ eſt res ex rebus inuẽtis de qua ſit veꝝ ꝙ ſit magis in-
uenta ꝗ̄ alia.Sꝫ differẽtie accidẽtales recipiũt additionẽ

⁊ diminutionē ꝙuis ſint ⁊ differentijs inſeparabilibus:qꝛ
iam iuenitur naſus magiſ ⁊ minus declinatuſ ꝙ̃ alius. Sꝫ
⁊ differētiarū ſubſtātialium:quedā ſunt cōſtituentes gene
ra media:⁊ quedam diuidentes ea. U.g. animal qū ſit ge
nus mediū differentie cōſtitutiue.ſ.que cōplent eius diffi
nitionē ⁊ renouant ipſum ſunt.ſ.nutribile ⁊ ſenſibile ⁊ ip
ſa ſunt plena ſubſtātia animalis:qū ſit animal corpus nu
tribile ⁊ ſenſibile:Et ei ſunt differentie diuiſiue: ſicut rati
onale ⁊ irratiōale: quoniā animal quoddā ē rationale ⁊
quoddā irrationale:⁊ differētie diuiſiue generis medij ſūt
etiam cōſtitutiue ſpecieꝝ que ſunt ſub illo genere. Sꝫ ge
neri altiori ē differētia diuiſiua ⁊ nō differētia cōſtitutiua
qum ſit omnis differentia diuiſiua generis quā ꝯſtituit: ⁊
exquo nō eſt genus generi altiori nō eſt differētia cōſtituti
ua ſed diuiſiua. Et ſpeciei quidem nō vltime ē differētia
diuiſiua nō cōſtituta ex qua ē conſtitutio ei que ē ſub ge
nere altiori ⁊ ſpeciei vltime:que omnia dicunt̄ ſpecies:er
go eſt nomen qđ dicitur in hac differētia ſubſtantiali ꝙ ip
ſa eſt que renouat ſpeciē. Dixit ⁊ neceſſitas in diuiſione ge
nerū ⁊ cōpoſitione diffinitionū eſt in his differētijs:qm̄ di
uiſio nō erit ꝑ differētias accidētales:neqꝫ diffinitio. Dixit
iāqꝫ diffiniunt has differentias:⁊ vna diffinitionum eſt ꝙ
differentia eſt qua ſeparant ſpecies genus:qđ eſt quia in
differentia hominis que ē ratio ſeparat hō animal qđ eſt
genus ipſius:⁊ illud ē:qm̄ hec differentia non eſt inuenta
in aninali in actu:quoniā ſi eſſet ea inuenta in actu:nō in
ueniretur ei eius oppoſitum:qđ eſt ꝓuatio rationis ꝑ que
diuiditur animal in exº poſito. animal aliud rationale ali
ud irrationale. Sꝫ inueniunt̄ quidē ⁊ ſpeciebus que ſunt
ſub animali:⁊ in hoc ſermone ē debilitas. Iāqꝫ diffiniūt
differentiā etiā ꝑ hoc ꝙ eſt ꝑ̄dicatum de pluribus differē
tibus ſpecie in eo ꝙ qualis res:⁊ nō in eo ꝙ quid. Et illđ
eſt ꝙ quādo interrogamur de homine quid eſt:rn̄demus
quidem ꝓmo ꝑ genus ipſius:qꝛ rn̄demus animal. ⁊ qum
queritur ei qualis eſt:rn̄detur rationalis:⁊ diffinitio qui
dem hominis cōpletur per hanc ſummā: ⁊ hoc eſt ꝓpte
rea qꝛ omnis res cōpoſita eſt ex materia ⁊ forma:aut ex
rebus ſimilibus materie ⁊ forme:⁊ genus eſt ſicut mate
ria ⁊ differentia ſicut forma. ⁊ poſtꝙ̃ res ē ita ē aggregatū
generis ⁊ differentie ipſa ſbā rei:ſm ꝙ in intellectu ē:ſicut
ſbā ipſius ſm ꝙ eſt extra intellectum ex materia ⁊ forma
Iāqꝫ diffinierunt differentias ſbales etiā per hoc ꝙ ſunt̄
de quaꝝ ꝓprietate eſt ut ſeparent iter res que ſunt ſub ge
nere vno ⁊ eodem:ſicut ratio ⁊ nō ratio:qꝛ ipſa ſeparat i
ter hominē ⁊ equum intrantes ſub genere animalis :exq̊
eſt huius ſeparatio:quādoqꝫ per res in ſbā ſpeciei:⁊ quā
doqꝫ nō ſunt differentie que ſunt in ſbā ſpecieꝝ : addide
runt in hac diffinitione ꝙ eſt id qđ ſeparat inter ſpecies in
eſſe eaꝝ ⁊ ſubſtātia ipſaꝝ qđ eſt qꝛ ars nauigandi ē ꝓpria
hominis:⁊ ſeparat inter ipſam ⁊ alias ſpecies animalis:
ſed nō eſt ſeparans ab alio partem que ſit ſubſtātie ipſius
ſicut ſeparat ratio:⁊ ꝓpter hoc nō diuidit̄ per ea animal ī
hominē ⁊ nō hominē:ſicut diuidit̄ per rationale ⁊ irratio
nale:qđ eſt quia qū dicimus:quidā eſt cui inuenit̄ ars na
uigādi:⁊ quidā cui nō inuenit̄ nō fit diuiſio per illud ī ho
minē ⁊ nō hominem:qum ſit hec differētia nō renouans
ſpeciē ſub genere rationalis:ſed ratio renouat hominem
qum diuidimus per ipſā animal.

Capitulū 5ᵐ de ꝓprio.

Roprium dr̄ ſm quatuor ītentiōes. Quaꝝ vna ꝙ
accidit alicui ſpēi ſoli:ſꝫ nō toti:ut ē iuētio medi
cine ⁊ geometrie in homine. Et ſecūda eſt q̄ accidit ſpe
ciei toti:ſed eſt cōmunis ei ⁊ alij ut eſſe bipedem homini.
Tertia ꝙ accidit ſoli ⁊ toti:ſed in aliquo tpe:ut cane
ſcere in ſenectute ⁊ ſeneſcere. Et intētio q̄rta eſt ſm ꝙ
dicitur ꝓprium ſm veritatē:⁊ eſt vniuerſale qđ ꝯuenit to
ti ſpeciei ⁊ ſoli ⁊ ſemꝑ ſicut rationale homini ſm ꝓmaꝫ fi
dem nō ſm actū. Et de natura huius ꝓprij eſt ut cōuerta
tur cū eo cuius eſt ꝓprium:qm̄ omnis homo eſt rationa
lis ⁊ ecōuerſo:⁊ ſimiliter oīs equus ē hinibilis ⁊ ecōuerſo

Capitulū 6ᵐ de accidente.

Ccidens eſt qđ eſtimat̄ eē ⁊ euaneſcere abſqꝫ eo
ꝙ eſtimet̄ corrūpi ſubiectū eiꝰ aut gnāri. Et illđ
diuiditur in duas diuiſiones.ſ.in ſeparabile ⁊ in nō ſepa
rabile:ſicut eſt ſomnus ꝙ eſt accidens ſeparabile anima
li:⁊ ſicut nigredo ꝙ ē nō ſeparabilis coruo ⁊ ethiope:qđ
ē quoniā imaginari poteſt coruus albus ⁊ ethiops ſimilit̄
abſqꝫ eo ꝙ imaginet̄ corruptio ex illo hominis aut corui
cōtrario generis ⁊ ſpeciei. Diffiniūt etiā accidēs per hoc ꝙ
poſſibile eſt in ipſo ut inueniat̄ ei vni ⁊ eidē ⁊ nō inueniat̄
⁊ ꝙ ipſum eſt qđ nō eſt genus:neqꝫ ſpecies:neqꝫ differētia
neqꝫ ꝓprium:⁊ ipſum eſt ſemꝑ ſtans in ſubſtātia. Et diffi
nitio ꝓma cōprehēdit ſeparabile ⁊ inſeparabile :⁊ ſecūda
cōprehēdit ſeparabile tm̄.

Capitulū 7ᵐ.

Um ḡ diffiniuimus omnes res quaꝝ ꝑ̄ceſſit dif
finitio.ſ.illoꝝ quinqꝫ:oꝫ ut dicamus ī rebꝰ ī q̇bꝰ
cōmunicant:⁊ ī quibus differunt. Dicamus ergo ꝙ cōmu
ne eis omnibus eſt ꝙ predicant̄ de pluribus: ſed genus ⁊
differentia ꝑ̄dicant̄ de ſpeciebus ⁊ de indiuiduis que ſunt
ſub illis:⁊ ſpecies de idiuiduis que ſūt ſub ea tm̄.ſ. ſpecieſ
vltima:⁊ ꝓprium predicat̄ de ſpeciebus ⁊ de ſingularibus
que ſunt ſub illa ſpecie:⁊ accidens ꝑ̄dicat̄ de ſingularibus
⁊ de ſpeciebus. Et eſt ꝑ̄dicatio generis de ſpeciebꝰ ⁊ ſingu
laribus:ſicut eſt ꝑ̄dicatio animalis de equo ⁊ cane:⁊ de i
diuiduis eoꝝ:ſicut ſpēs de cane demōſtrato. Et exᵐ ꝑ̄di

cationis differētie de ſpeciebus ⁊ de indiuiduiſ ſunt irrationale de equo ⁊ cane ⁊ indiuiduis eoꝝ. Et hoc quidē certificaꝑ in differentijs que nō ſunt differētie ſpeciebus vltimis. Et exēm p̄dicationis ſpeciei vltime tm̄: eſt p̄dicatio hominis de Soꝛ. ⁊ Pla. ⁊ de quolibet indiuiduoꝝ hominū Et exēm p̄dicationis proprij de ſpecie ⁊ ſingularibus ē p̄dicatio riſibilis de homine: ⁊ de quolibet indiuiduoꝝ hoīs Et exēm p̄dicationis accidentis inſeparabilis de ſpecieb⁹ ⁊ indiuiduis ē p̄dicatio nigredinis de coꝛuo ⁊ ethiope ⁊ de ſingularibus eoꝝ. Et exēm accidentis ſeparabilis eſt predicatio motus ⁊ quietis de homine ⁊ equo ⁊ de indiuiduis eoꝝ. Hoc eſt ergo in quo cōmunicant in reſpectu predicationis: ⁊ diuerſificanꝑ. Et eſt cōmune generis ⁊ differētie ꝙ comprehendant plus ſpecie vna: ⁊ eſt qꝛ differentia comprehendit ſpecies: q̄uis ſint pauciores eis quas cōprehendit genus: qd̄ eſt qꝛ irrationale cōprehēdit ſpecies multas q̄uis ſint pauciores eis quas cōprehēdit animal qd̄ eſt genus. Et hoc quidem verificaꝑ de illis que ſunt p̄ter differentias vltimaꝝ ſpecieꝝ. Et cōmunicant genus ⁊ differentia: quoniā omne qd̄ predicaꝑ de vnoquoqꝫ ipſoꝝ ex via qua eſt genus aut differētia p̄dicatur de eo qd̄ eſt ſub eis U.g. qꝛ animal qd̄ eſt genus ⁊ coꝛpus nutribile p̄dicatur de eo ex via qua eſt genus: ⁊ ipſum eſt p̄dicatum qd̄ ē ſub animali. U.g. de homine ⁊ equo: ⁊ ſimiliter rationale eſt differentia: ⁊ cooperari rōne eſt p̄dicatum etiā de eo qd̄ ē ſub animali ex via qua ē differentia: ⁊ ipſum predicaꝑ de omnibus indiuiduis rationabilibus. Et cōmunicāt genus ⁊ differentia: quoniā qū aufertur vtrūqꝫ aufertur qd̄ eſt ſub ea: quoniam ſicut qū non inuenitur animal nō inuenitur equus ⁊ aſinus. Similiter qū aufertur ratio nō inuenitur animal cooperans rōne: ⁊ hoc eſt in quo cōmunicant genus ⁊ differentia. Sꝫ qd̄ eſt ꝓprium generis abſqꝫ differentia: Primū quideꝫ qm̄ predicantur de pluribus q̄ꝫ differētia ⁊ ſpecies ⁊ ꝓprium ⁊ accidens: qd̄ eſt qꝛ aīal qd̄ eſt genus p̄dicatur de homine ⁊ equo: differentia vͦ de paucioribus q̄ꝫ animal. U.g. rationale p̄dicatur in minus q̄ꝫ animal: ⁊ ſimiliter quadruplex: ⁊ ſimiliter homo. Et ſic etiam eſt res in accidente manifeſta ꝙ predicaꝑ de paucioribus q̄ꝫ genus rei in qua inuenitur illud accidens: ⁊ hoc quidē inuenitur in accidentibus que ſunt magis ꝓpria q̄ꝫ illud genus: ⁊ appropriaꝑ generi p̄ter differentiam. Scd̄o qꝛ genera cōprehendunt differētias ⁊ nō ecōuerſo animal enim aliud rationale: aliud irrationale que ambe ſunt differentie: ſed differētie nō cōprehendunt genera. Et appropriaꝑ ei tertio ꝙ genera p̊ora ſūt differētijs p naturā ⁊ ꝓpter h̄ auferunꝑ differētie p ablationē generū: ſꝫ non ecōuerſo: qd̄ eſt qꝛ qū auferꝑ animal auferꝑ rationale: ſed qū auferꝑ rationale nō auferꝑ animal: ⁊ h̄ eſt diſpoſitio generis cū differētijs diuiſiuis ⁊ nō ꝯſtitutiuis. Et appropriatur ei quarto ꝙ genus eſt vnū in vnaquaqꝫ ſpecieꝝ: ⁊ ē qꝛ nō inueniꝑ ſpeciebus multis pluſq̄ꝫ vnū genus ī ordine vno: ſed vni ſpeciei inueniꝑ pluſ dr̄ia vna: ſicut rō homini ⁊ ītellectus ⁊ receptio ſcientie. Et appropriatur ei quinto ꝙ genus aſſimilaꝑ materie: differētia vͦ forme. Jaꝫ ergo hec eſt ſufficiens ſcīa: qua genus ⁊ differētia cōmunicāt: ⁊ in quo differūt uel appropriant: ⁊ ſi inueniātur eis cōmunitates ⁊ dr̄ie. Dixit ⁊ genus ⁊ ſpecies cōmunicant ut diximus ꝙ ambo p̄dicanꝑ de pluribus: ⁊ ꝙ ambo p̄cedunt p naturā res de quibus predicanꝑ. Et diuerſificantur ī h̄ ꝙ genus cōprehendit ſpecies: ſed nō ecōuerſo: qd̄ ē qꝛ genuſ cōmunius eſt q̄ꝫ ſit ſpecies. Et diuerſificanꝑ etiam ꝙ genus p̄cedit ſpeciē per naturam: qd̄ eſt qꝛ ſpecies cōſtituiꝑ qum ꝯiungiꝑ cū genere dr̄ia: ⁊ ꝓpter hoc genera ſunt p̊ora ſpeciebus naturaliter: qꝛ qum auferuntur genera auferunꝑ ſpecies: ſꝫ non econuerſo: ⁊ ſperies ſunt qum non inueniuntur genera ⁊ non econuerſo. Et diuerſificantur in hoc etiā ꝙ genera p̄dicanꝑ de ſpeciebus vniuoce: ſꝫ ſpecies nō p̄dicantur de generibus. Diuerſificanꝑ etiā in hoc ꝙ genera abundant ſupra ſpecies que ſunt ſub eis in hoc ꝙ continet ipſas: ⁊ ſpecies abundant ſupra genera differentijs appropriantibus ipſas: ⁊ illa abūdant ex parte cōitatis: ⁊ hec ex parte cōpoſitionis. ſ. ſpecies. Diuerſificātur etiaꝫ in hoc ꝙ nō etit ſpecies genus generū: nec genus ſpēs ſpecierum ſm̄ aliquā diſpoſitionem. Et opoꝛtet ut intelligas has cōparationes inter genera ⁊ ſpecies de eo ꝙ ſpēs ſunt ſpecies ⁊ genera ſunt genera: nō ex eo ꝙ accidit ſpeciebus ut ſint genera: neqꝫ generibus ut ſint ſpecies. Dixit: ⁊ genus ⁊ ꝓprium cōmunicant in hoc ꝙ ambo ſequunꝑ i eſſe in inuentione uel in eſſentia ſpeciei: ⁊ illud eſt qꝛ qum eſt homo qui eſt ſpecieſ iuentū ē aīal qd̄ eſt genus. ⁊ ſimiliter riſibile eſt inuētum qd̄ eſt ꝓprium. Et cōmunicant etiā qꝛ genus p̄dicatur de omnibus ſpeciebus equaliter: ⁊ ꝓpriū predicatur de omnibus que cōmunicāt in ipſo equaliter qd̄ eſt qꝛ homo n̄ eſt minus aīal q̄ꝫ bos nec plus: ⁊ Soꝛ. ⁊ Plato ſunt riſibiles equaliter. i. nō diuerſificanꝑ hoc mō ſm̄ plus ⁊ minus. Et ꝯmunicāt etiā qꝛ genus predicaꝑ vniuoce de ſpeciebus: ⁊ ꝓprium predicatur vniuoce de omni eo cui inuenitur illud ꝓprium: quoniaꝫ riſibile p̄dicaꝑ de Soꝛ. ⁊ Pla. vniuoce: ſicut animalitas p̄dicaꝑ vniuoce de boue ⁊ equo. Sꝫ in hoc diuerſificanꝑ: antecedūt ꝓprium inuentū in ſpeciebus: qd̄ eſt qꝛ animal antecedit nāliter ꝓpria ⁊ differētias que inueniunꝑ in ſpeciebus in quas diuiditur: qd̄ eſt qm̄ qū aufertur auferunꝑ ꝓpria: ſed nō econuerſo: ⁊ qū iueniuntur ꝓpria inueniunꝑ ⁊ ipſū. Scd̄ꝫ etiā diuerſificaꝑ in hoc ꝙ ꝓprium cōuertitur in p̄dicatione cū eo cuius eſt ꝓprium: genus vͦ nō ꝯuertitur cuꝫ eo cuius

eſt genus:quoniã veꝝ eſt dicere omnis homo eſt riſibilis
⁊ econuerſo:ſed nõ poſſum dicere omne animal ẽ homo
ſicut omnis homo eſt animal. Genus quidẽ ⁊ accidẽs cõ-
municant:quoniã ambo predicantur de pluribus:ſiue ſit
accidens ſeparabile ſiue inſeparabile:qḋ eſt q꞉ motus pre
dicatur de pluribus:qḋ eſt accidẽs ſeparabile:ſicut ꝑdica
tur nigredo de coruo ⁊ ethiope ⁊ de rebus multis a qui-
bus nõ ſeparat. Et diuerſificantur genus ⁊ accidẽs ĩ hoc
ꝙ genus ꝑcedit accidens ꝑ naturã:ſicut ſpecies eius ante-
cedit ipſum. V.g. homo enim ꝑcedit colorem inuentuꝫ in
eo:⁊ animal ꝑcedit ipſum:⁊ illud ẽ manifeſtum in accidẽ
tibus ſeperabilibus. Differũt etiam q꞉ accidens ꝑdicatur
de his que cõmunicant in ipſo ſm magis ⁊ minus:gene-
ra autẽ non ꝑdicantur de ſpeciebus que cõmunicãt in ip
ſo ſm magis ⁊ minus:qḋ eſt q꞉ quidam nigroꝝ hominũ
eſt intẽſioris nigredinis ꝙ̃ quidã ⁊ nõ eſt intẽſioris anima
litatis ꝙ̃ alius homo:neqꝫ equus ꝙ̃ homo: ⁊ hoc ideo ꝓ
pterea q꞉ accidentia inueniuntur ſm ꝑmam intentionem
in ſingularibus. Et ſingularia diuerſificant in additione
⁊ diminutione:⁊ genera quidem ⁊ ſpecies ꝑcedunt ꝑ na-
turã ſingularia:neqꝫ ſunt inuenta in ſingularibus. Et qḋ
dixit eſt veꝝ quidẽ ſup dictum in formis.ſ. ſi inuenirẽtur
ſicut genera ⁊ ſpecies extra intellectum. Diuerſificant etiã
genera ⁊ ſpecies ⁊ accidentia ꝑ hoc q꞉ genera ⁊ ſpecies ꝑ-
dicantur in eo ꝙ quid ẽ:accidentia autẽ in eo ꝙ quale eſt
aut quomodo eſt. Cum eniꝫ queritur de ethiope quale ẽ
dicitur ꝙ eſt niger:⁊ quꝫ querit de Sor.quomodo eſt:di
cit bene vel male. Jam ergo dictũ eſt in quo differat gen⁹
a reſiduis ⁊ ꝯſequitur ut ſint hec.5.non ſicut diuerſitates
inter ea.5.4.3.2.⁊ vna:qḋ eſt q꞉ ex quo ſunt.5. ⁊ diuerſi
tates.4.iam fiunt diuerſitates.20. ſcilicet multiplicando
4.per.5. Cuꝫ ergo abijceremus ab eis.10.iteratas rema
nebunt.10. cuius ex^m eſt quia genus diuerſificatur a re-
ſiduis in.4.⁊ differẽtia ſimiliter in.4.niſi q꞉ diuerſitas il
lius ad genus eſt eadẽ ꝙ diuerſitas generis ad ipſã.rema-
nent ergo diuerſitates differentie ad tria.ſ.ad ꝓpriuꝫ ſpẽꝫ
⁊ accidens. Similiter ſpecies hꝫ quatuor diuerſitates de
quibus ꝓijciuntur due que ſunt diuerſitates eius ad ge-
nus:quoniã iam rememorata ẽ in diuerſitate generis ad
ipſam:⁊ diuerſitas ad differẽtiam qua dictũ eſt in diuer-
ſitate dr̃ie ad ipſam:⁊ remanent due diuerſitates ad pro-
priũ ⁊ ad accidens. Similiter ꝓprio ſunt quatuor ⁊ ꝓijci
untur tres memorate:⁊ remanebit vna que eſt diuerſitas
eius ad accidẽs:ergo decẽ diuerſitates abijciunt:⁊ decem
ſunt iuente. Et q꞉ iã narrauimus a quatuor remanẽtibus
oꝫ ut dicamus in quo diuerſificet diffinitiua a tribus reſi
duis.ſ.ſpecie ꝓprio ⁊ accidente:⁊ erũt ex illo tres diuerſi-
tates. Deinde rememorabimur in quo differat ſpẽs a ꝓ-
prio ⁊ accidente:⁊ ſunt due diuerſitates.poſtea rememo-
rabimur in quo differant ꝓprium ⁊ accidens ⁊ eſt vna di
uerſitas:erũt ergo diuerſitates decẽ. Et ꝓpter h̄ iueniunt

cõitates inter quelibet duo ipſoꝝ decẽ. Dicemus ḡ ꝙ res
cõmunis differẽtie ⁊ ſpeciei eſt ꝙ omnibus de quibus ꝑ-
dicant predicant equaliter nõ ſm plus ⁊ minus: q꞉ nõ in-
uenitur vnus homo magis homo ꝙ̃ alter:neqꝫ magis ra
tionale ꝙ̃ alter:niſi quis velit per rationalitatẽ rem acci-
dentalem intelligere. Et cõicant etiam ꝙ inueniunt rebus
de quibus ſemper ꝑdicantur. Sor. eniꝫ ſemp eſt rationa-
lis ⁊ ſemp eſt homo:⁊ differunt q꞉ diffinitiua ꝑdicatur ĩ
quale:ſpecies v̊o in quid:ꝙ̃uis reſpondeat ad queſtioneꝫ
ꝑ quale ſpecies:⁊ hoc ex parte qua accidit ei ut differenti
am habeat:⁊ etiã q꞉ differentie inueniuntur in ſpeciebus
plus vna: ſicut eſt inuentio quadrupedis in animalibus
multis differentibus ſpecie:⁊ ſpecies quidẽ eſt in indiuidu
is que ſunt ſub ea:⁊ hec diuerſitas eſt inter ſpecies ⁊ diffe
rentias. Et diuerſificantur inter ſe etiam per hoc ꝙ diffe-
rentia eſt prior:qḋ eſt q꞉ qum aufertur irrationale auferẽ
aſinus:ſed qum inuenitur aſinus inuenit irrationale:⁊ h̄
quidẽ differentijs que inueniuntur pluribus vna ſpecie. Et
diuerſificantur a ſpecie eo ꝙ̃ differentia qñqꝫ cõponitur
cũ differentia alia in diffinitione. V.g. rationale ⁊ morta-
le accepta in diffinitione hominis ſm ſentẽtiam illius qui
videt ꝙ rationale ꝯtinet hominem ⁊ angelum: quoniam
eſt homo quidem cõpoſitus ex rationali ⁊ mortali ⁊ non
cõponitur ſpecies ex duabus ſpeciebus ꝙ̃uis cõponat in
diuiduũ ſpeciei ex indiuiduis duaꝝ ſpecieꝝ diuerſarum
ſicut eſt cõpoſitio muli ex equa ⁊ aſino:ſed nõ cõponunt
ſpecies muli ex ſpeciebus equi ⁊ aſini:ſicut cõponitur ho
mo ex animali rationali ⁊ animali mortali:quoniam mu
lus eſt medium inter equum ⁊ aſinũ ⁊ eſt ex parte cõmu
ni inter eos:⁊ hec eſt ſpecies alia cõpoſitionis ꝑter cõpoſi
tionem differentiaꝝ ſi ꝯcedat ꝙ ſit compoſitio ſpeciei cuꝫ
ſpecie:⁊ porphirius negat eaꝫ. Et ſimiliter eſt ut ſit h̄ cõ-
poſitio que eſt copoſitio ſpecierũ mediarum ex extremita
tibus:⁊ illa eſt ꝑter cõpoſitionẽ rei ex differentijs diffini-
ti. Et cõmune ẽ differẽtie ⁊ ꝓprio:q꞉ ea in quibus cõicant
equaliter ꝑdicant:quoniã nõ ſunt quedaꝫ rationalia ma-
gis rationalia ꝙ̃ alia:in hoc etiã.ſ. ratione que eſt iferius
in caplo:ſub ea ſimiliter rationalia cõmunicant: ⁊ in hoc
equaliter inueniunt:⁊ ſemper rebus de quibus ꝑdicãtur
⁊ omnibus:qḋ eſt:quoniam bipes inuenitur ſemper bi-
pes:⁊ ſi ꝑuet pedibus in aliquo tpe aliquis:nã itẽtio dicti
noſtri ẽ qũ dicimus ꝙ ẽ bipes ſemp.i.eſt natũ ad h̄ ut ſint
ei duo pedes tm̃:⁊ ſiliter riſibile ſemp ineſt homini nõ ꝙ
ſemp rideat in actu:ſꝫ ꝓpterea ꝙ ẽ aptũ natũ ad h̄. Et ap-
propriat differentie ꝙ dicitur de ſpeciebus multis: ſicut
ratio que dicitur de homine ⁊ angelo ſꝫ ſententiam illius
qui videt ꝙ ratio dicitur vniuoce de ambobus; ſed pro-
prium quidem predicatur de ſpecie vna tm̃. Et diuerſifi-
cantur differentie a ꝓprio in eo ꝙ differentie non cõuertũ
tur:⁊ propria ꝯuertunt ſemp. Et differẽtia ⁊ accidens inſe
parabile cõicant:qm̃ inueniunt eis de ꝗbus ꝑdicant ſemp

⁊ omnibus eis:qͦ eſt qꝛ coꝛuꝰ ſemper eſt bipes ⁊ niger.
Et diuerſificant̃ qꝛ differentia nõ ſuperat res cuius eſt dif
ferẽtia.ſ.nõ ſuperat habẽs differentiã diffinitiuã: ſicut rõ
quoniã nõ ſuperat eam homo.Sed accidẽtia quidẽ com
pꝛehendunt ex parte :cõpꝛehendunt quidem ex eo ꝙ ſunꝑ
p̄dicata de multis:⁊ cõpꝛehendunt ꝓpterea qꝛ ſubiecta ip
ſoꝝ non ſunt appꝛopꝛiata vni accidẽti:ſꝫ iã inuenit̃ in eis
accidẽs oppoſitum illius:ſicut nigredo ꝯtinet multas ſpe-
cies hominis ⁊ nõ hominis que plus eſt ꝙ̃ ſpecies homi-
nis ⁊ nõ hominis:⁊ homo cõpꝛehendit nigredinem qum
iã inueniat̃ quid eſt nigꝝ ⁊ nõ nigrum:⁊ etiã qꝛ differẽtia
nõ ſuſcipit additionem ⁊ diminutionẽ:ſed accidentia reci
piunt additionem ⁊ diminutionẽ:⁊ etiam qꝛ differẽtie cõ
trarie nõ ꝑmiſcent̃ ut ſit ex eis medium:ſicut eſt miſtio al
bi cuꝫ nigro:⁊ erit ex eis viride ⁊ rubeũ ⁊ alia media.iſte
ergo ſunt res in quibus cõmunicant differentia ⁊ alia re-
manentia: ⁊ in quibus differunt. Iãqꝫ remanſit ut dica-
mus in quo diuerſificat̃ ꝓpꝛiuꝫ ⁊ accidens: ⁊ in quo com
municant. Dicamus ergo ꝙ ſpecies ⁊ ꝓpꝛium cõmunicãt
in hoc ꝙ vtrũqꝫ ipſoꝝ cõuertit̃ cũ ſuo cõpari: qͦ eſt quia
ſi eſt homo inuentus eſt riſibile:⁊ ecõuerſo. Cõmunicant
etiã ꝙ ambo inueniuntur ſemꝑ in rebus de quibus p̄di-
cantur. Et diuerſificant̃ ſpecies ⁊ ꝓpꝛium in hoc ꝙ poſſibi
le eſt ut ſpecies ſit genus alij:⁊ ꝓpꝛium nõ eſt poſſibile ut
ſit aliaꝝ rerum p̄ter illas quaꝝ eſt ꝓpꝛium:⁊ etiã qꝛ inuẽ
tio ſpeciei p̄cedit:⁊ inuẽtio ꝓpꝛij ſequit̃ inuẽtioneꝫ ſpeciei
qͦ eſt qꝛ ſi inuenit̃ homo ſequit̃ illud ut ſit riſibile:⁊ ſi in-
uenit̃ riſibile:opoꝛtet ut fuerit pꝛius homo: ⁊ eſt qꝛ ſpeci-
es inuenitur actu ⁊ potẽtia ſemꝑ.Soꝛ.enĩ ſemꝑ ẽ homo i
actu:ſed in actu ridens ſemꝑ non: ſed eſt in potẽtia ſemꝑ
ridens:⁊ etiam res quarũ diffinitiones ſunt diuerſe: ipſe
ſunt diuerſe:⁊ iam oſtenſum eſt ꝙ diffinitiones hoꝝ ſunt
diuerſe:qͦ eſt qꝛ iã dictum eſt in diffinitione ſpeciei ꝙ eſt
oꝛdinata ſub genere:⁊ ꝙ p̄dicatur ex via ꝙ quid eſt de in
diuiduis:⁊ dicit̃ in diffinitione ꝓpꝛij ꝙ ipſũ eſt res q̃ inue-
nitur alicui ſoli ⁊ omni ⁊ ſemper. Et cõmunicant ſpecies
⁊ accidens quoniam pꝛedicantur de pluribus. Dixit ⁊ in
quo communicant parum valde :qͦ eſt pꝛopter multam
elongationem que eſt inter accidens ⁊ rem cui accidit.Et
apꝛopꝛiat̃ vtrũqꝫ ipſoꝝ: qꝛ ſpecies p̄dicatur de eo cuius ẽ
ſpecies ex via ꝙ quid eſt:⁊ accidẽs pꝛedicat̃ in eo ꝙ quale
eſt aut quomodo eſt. Et vnaqueqꝫ ſubſtãtiarũ ſenſibili-
um habet ſpeciẽ vnã: ⁊ tñ hꝫ multa accidentia ſeparabi-
lia ⁊ inſeparabilia.Amplius qꝛ ſpecies pꝛecedit intellectu
accidentia:ꝙ̃uis inſeparabilia accidentia:qͦ eſt qꝛ iam re
manet ſubiectũ inuentũ: ⁊ tunc accidit ei illud qͦ accidit:
⁊ eſt accidentibus renouatio poſt ſpecies:⁊ nã ipſaꝝ ĩtrat
ſuper eas. Iãqꝫ remanſit ſuper nos ut narremus rem ꝓ-
pꝛij ⁊ accidẽtis:⁊ illud in quo cõmunicãt ꝓpꝛium ⁊ acci-
denſ.inſeparabile eſt qꝛ nõ eſt poſſibile ut inueniat̃ habẽ-
ꝓpꝛium neqꝫ habens accidens inſeparabile p̄ter ꝓpꝛium
⁊ accidens:qͦ eſt qꝛ nõ eſt poſſibile ut inueniat̃ homo p̄-
ter riſibile:ſimiliter non eſt poſſibile ut inueniat̃ ethiops
p̄ter nigredinẽ:⁊ etiã qꝛ ſicut ꝓpꝛium inuenitur toti rei ⁊
ſemꝑ:ſimiliter ⁊ accidẽs inſeparabile. ⁊ diuerſificant̃ in h̄
ꝙ ꝓpꝛiũ inuenit̃ ſpeciei vni:accidens aũt inſeparabile plu
ribus quaſi diceres nigredo inuenit̃ coꝛuo ⁊ ethiopi:ebe-
no eſt rebus multis nõ ſeparabilibus neqꝫ indiuiſibilibꝰ
⁊ cã in h̄ qꝛ ꝓpꝛiũ ꝯuertit̃ in p̄dicatione cũ eo cuius eſt ꝓ-
pꝛiũ:ſed accidẽs nõ ꝯuertit̃ cũ eo cui accidit. Amplius qꝛ
ꝓpꝛia nõ diuerſificant̃ in p̄dicatione ſm magis ⁊ minus:
accidentia vͦ ſic:⁊ iam inueniuntur res plures in quibus
cõmunicant ⁊ appꝛopꝛiatur p̄ter has quas narrauimus:
ſed iſte ſunt ſufficientes in eo qͦ intẽdimus in eis ⁊ diſcre
tione iſtaꝝ reꝝ ⁊ ſtatu ſuꝑ cõitates ſuas ⁊ diuerſitates:⁊
hic expliciũt intentiones quas ꝯtinet hic liber introducto
rius:⁊ illud eſt qͦ mouit ad expoſitionem eoꝝ quidã ſo-
cioꝝ noſtroꝝ deſiderantium ſpeculari de habitatoꝛibus
muſſie quoꝝ deus miſereat̃ in hoc:⁊ ibi ꝓpter hoc pigri
taſſe hoc facere ꝓpter duas res. Una quaruꝫ eſt qꝛ nõ vi
detur mihi ꝙ hic liber introductoꝛius ſit neceſſarius ĩ ali
qua parte huius:qum non ſit qͦ dicit̃ in eo cõmune huic
arti:ſicut eſtimant quidaꝫ:quia id qͦ dicit̃ in diffinitioni-
bus haꝝ rerũ:ſi eſt demõſtrabile eſt pars demõſtrationiſ
⁊ ſi eſt ꝓbabile eſt pars libꝛi topicoꝝ.Sed rememoꝛauit
poꝛphirius has res ut ſciat̃ quid ſignificãt h̄ nomina quꝫ
egit de eis Ariſ.in libꝛo ſuo:nõ ut iſte ſint diffinitiones: ⁊
ſm modũ iſtum nõ eſt pars huius artis:ſed intelligitur ex
albimaſir ꝙ eſt pars illius:⁊ hoc eſt vnũ qͦ pigritauit me
ab expoſitione ipſius cum expoſitione libꝛoꝝ Ariſ. Et ſe-
cũda eſt qꝛ ſermo viri intelligit̃ per ſe:⁊ in hoc introducto
rio ſm intentionẽ in appꝛpinquatione ſuꝑ queſitum reme
moꝛatoꝛis facere eos lucrari bonũ oĩ modo lucri: quẽad-
modum eſtimat in eo ꝙ voluntate ⁊ deſiderio ad ſciẽtias
dixit medium ad explanandũ ⁊ ampliandũ intellectuꝫ in
hoc ⁊ in quodaꝫ eius qͦ rememoꝛat̃ ex his rebus. Iã ex
pergefacti ſumus ſuꝑ plurimũ illoꝝ ⁊ in quodã eſt cõſide
ratio ⁊ locus hic his rebus: ⁊ deus eſt conueniens ⁊ re-
ctificans.

Cõmentum Auerois ſuꝑ librũ p̄dicabilium poꝛphirij fe
liciter finit. Laus deo.

## Incipit liber predicamentoꝝ Ariſtotelis.

### Capitulū.j.prime partis.

Quiuoca dicuntur quoꝝ ſolū nomen cōe eſt:ſm̄ nomen v̄o ſubſtātie ratio diuerſa:vt aīal hō ⁊ qd̓ pingit̄.hoꝝ eni ſolū nomē cōe eſt:ſm̄ nomē v̄o ſubſtantie ratio diuerſa.Siquis eniꝫ aſſignet quid ſit v̄trūqꝫ eoꝝ quo ſint aīalia propriam aſſignabit vtriuſqꝫ rationem.

Uniuoca dicunt̄ quorū nomen cōmune eſt: ⁊ ſm̄ nomē eadem ratio ſubſtantie: ut aīal homo atqꝫ bos.cōmuni eniꝫ nomine vtraqꝫ animalia nūcupant̄:⁊ eſt ſubſtātie ratio eadē. Siquis eni aſſignet vtriuſqꝫ rationem quid vtrunqꝫ ſit quo ſint animalia eandem aſſignabit rationem.

Denominatiua vero dicuntur quecunqꝫ ab aliquo ſolo differentia caſu ſm̄ nomen habent appellationeꝫ: ut a grammatica grāmaticus: ⁊ a fortitudine fortis. Eorum que dicuntur alia quidem ſm̄ complexionem dicuntur: alia v̄o ſine cōplexione.⁊ ea que ſm̄ cōplexionē dicunt̄ ſunt hō currit:hō vincit. ea v̄o que ſine cōplexione dicunt̄ ſunt:ut hō bos currit vincit.

### Capitulū.2.

Orū que ſunt alia de ſubiecto quodaꝫ dicunt̄: in ſubiecto v̄o nullo ſunt: ut hō de ſubiecto quidē dr̄ aliquo hoīe:in ſubiecto aūt nullo eſt. Alia autē in ſubiecto quideꝫ ſunt de ſubiecto aūt nullo dicunt̄. In ſubiecto autē eſſe dico qd̓ qum ſit in aliquo non eſt ſicut quedā pars.impoſſibile eſt ſine eo eſſe in quo ē: ut quedā grāmatica in ſubiecto quidē eſt in aīa: de ſubiecto v̄o nullo dr̄. ⁊ quoddā albū in ſubiecto eſt corpore: oīs enim color in corpore eſt. Alia v̄o de ſubiecto quodā dicunt̄ ⁊ in ſubiecto ſunt:ut ſciētia:in ſubiecto quidē eſt in aīa: de ſubiecto v̄o dr̄ ut de grāmatica. Alia v̄o neqꝫ ī ſubiecto ſunt neqꝫ de ſubiecto dicunt̄:ut aliquis hō uel aliqs equus: nihil eni hoꝝ: neqꝫ in ſubiecto eſt:neqꝫ de ſubiecto dr̄. Simpliciter autē q̄ ſunt indiuidua ⁊ nūero ſingularia de nullo ſubiecto dicunt̄:in ſubiecto autem nihil prohibet ea eſſe: quedam eni grāmatica in ſubiecto eſt.

### Capitulū.3.

Uando alterū de altero predicat̄ ut de ſubiecto quecūqꝫ de eo qd̓ predicat̄ dicunt̄ oīa etiaꝫ de ſubiecto dicunt̄: ut hō predicat̄ de quodā hoīe: aīal v̄o de hoīe:ergo ⁊ de quodam homine aīal predicabitur.quidam enim hō ⁊ homo eſt ⁊ animal.

### Capitulum.4.

Iuerſoꝝ generū ⁊ nō ſubalternatiꝫ poſitoꝝ diuerſe ſunt ſpecies ⁊ differētie:vt aīalis ⁊ ſcientie. aīalis quidē differētie ſunt vt greſſibile ⁊ volatile ⁊ bipes:ſcie v̄o nulla harū eſt: neqꝫ eni ſciētia a ſcientia differt in eo ꝙ ē bipes.Subalternoꝝ v̄o generū nihil ꝓhibet eaſdē eſſe differētias.ſuperiora eni de inferiorib⁹ predicant̄:quare quecūqꝫ fuerint predicati differentie erūt eedem ⁊ ſubiecti.

### Capitulū.5.

Orū quidē que ſm̄ nullā cōplexionē dicunt̄:ſingulū aut ſubſtātiā ſignificat:aut quantitatē:aut qualitatē:aut ad aliquid aut vbi:aut quando:aut ſitū:aut habere: aut facere:aut pati. Eſt aūt ſubſtātia ut ſingulariter dicat̄ ut hō equus: quātitas ut bicubitū tricubitū:qualitas ut albū:ad aliquid ut duplū:vbi v̄o ut in loco:quādo autē ut heri: ſitū v̄o ut ſedet iacet:habere ut calciatus armatus:facere ut ſecare vrere:pati ut ſecari vri. Singula igitur eoꝝ que dicta ſunt ipſa quidē ſm̄ ſe in nulla affirmatiōe dicunt̄:hoꝝ aūt ad ſe inuicē affirmatio fit cōplexione. Uidet̄ autē omnis affirmatio vel vera vel falſa eſſe. Eoꝝ autē que ſm̄ nullā cōplexionē dicunt̄ ſingula neqꝫ vera neqꝫ falſa ſunt:ut homo: album. ⁊c̄.

### Pars ſecunda diuiſionis prime.

### Sermo in ſubſtantia.

Ubſtantia autē eſt que proprie ⁊ principalit̄ ⁊ maxime dicit̄:que neqꝫ de ſubiecto dr̄ neqꝫ in ſubiecto eſt: ut aliquis homo:uel aliquis equus. Secunde ſubſtantie dicunt̄ ſpecies ī q̄bus ſpēbus ille que principa-

liter ſbe dicunť inſunt. Hec quidē ⁊ harū ſpērū genera: ut aliquis hō in ſpecie quid ē eſt in hoīe: genus. vo ſpeciei aīal eſt. Secūde vo ſubſtantie dicunť: ut eſt homo atqꝫ animal. Manifeſtū eſt aūt ex his que dicta ſunt qm̄ eoꝝ que de ſubiecto dicunť neceſſe eſt ⁊ nomē ⁊ rationē de ſubiecto pꝛedicari: ut hō de ſubiecto aliquo homie pꝛedicať. Ratio quoqꝫ hoīs de ſubiecto aliquo hoīe pꝛedicabiť. quidā enī hō ⁊ hō eſt ⁊ animal rationale moꝛtale: quare ⁊ nomē ⁊ ratio pꝛedicabiť de ſubiecto. Eoꝝ vo que ī ſubiecto ſunt in pluribus quidē neqꝫ nomē de ſubiecto neqꝫ rō pꝛedicabiť. In aliquibus autē nomē quidez nihil pꝛohibet pꝛedicari aliquādo de ſubiecto: rationē vo impoſſibile eſt pꝛedicari: ut albuz cum in ſubiecto ſit ut in coꝛpoꝛe pꝛedicať de ſubiecto diciť. enī coꝛpus album: ratio vo albi nunqꝫ de coꝛpoꝛe ꝓdicabiť. Alia ergo omnia aut de ſubiectis dicunť pꝛincipalibus ſubſtātijs aut in ſubiectis eiſdē ſunt. hoc aūt manifeſtū eſt ex his que per ſingula ꝓponenť: ut aīal de hoīe pꝛedicatur ergo de aliquo homie pꝛedicať. nam ſi de nullo aliquoꝝ hoīuz neqꝫ oīo de hoīe. Rurſus coloꝛ in coꝛpoꝛe eſt: ergo ⁊ in aliquo coꝛpoꝛe. nā ſi nō ī aliquo ſinguloꝝ nec oīo ī coꝛpoꝛe. Quare alia omnia aut de ſubiectis pꝛincipalibus ſubſtātijs dicunť: aut in ſubiectis eiſdē ſunt. Non ergo exiſtentibus pꝛimis ſubſtantijs impoſſibile eſt eſſe aliquid alioꝝ. oīa enī alia: aut de ſubſtantijs eiſdē dicunť: aut in ſubſtātijs eiſdē ſunt. Scdaꝝ vo ſubſtantiaꝝ magis ſubſtantia eſt ſpēs qꝫ genus: pꝛopinquioꝛ enī eſt pꝛime ſubſtātie. Siqs enī aſſignet pꝛimā ſubſtantiā quid eſt: euidētius ⁊ cōuenientius aſſignabit ſpēm pꝛoferens qꝫ genus: ut quendā hoīez manifeſtius aſſignabit hominē qꝫ aīal aſſignādo. Illud enī ꝓpꝛiū eſt magis alicuius hoīs: hoc aūt cōuenientius. ⁊ qum aliquā arboꝛē reddideris manifeſtiꝰ aſſignabis qum arboꝛē reddideris qꝫ plantā. Amplius pꝛincipales ſubſtantie eo ꝙ alijs oībus ſubiecte ſunt ⁊ alia oīa aut de his pꝛedicanť aut in eis ſūt ideo maxime dicunť ſubſtātie. Sicut aūt pꝛincipales ſubſtātie ad alia oīa ſe habēt: ſic ⁊ ſpecies ad genus ſe habēt. ſubiacet enī ſpēs generi: genera enī de ſpēbus pꝛedicanť: ſpēs autē de generibus non cōuertunť: quare ⁊ ex his ſpecies magis genere ſubſtantia eſt. Ipſarū vo ſpecieꝝ quecūqꝫ non ſunt genera: nihil magis alterū altero ſubſtātia ē: nihil enī familiarius aſſignabis de aliquo hoīe hoīem aſſignando qꝫ de aliquo equo equū. Similiter aūt ⁊ pꝛincipaliū ſubſtantiaꝝ nihil magis alterū altero ſubſtātia eſt: nihil enim magis aliquis hō ſubſtantia eſt qꝫ aliquis hoꝛs: merito aūt poſt pꝛincipales ſubſtātias ſola ſpēs ⁊ genera dicunť eſſe ſcđe ſubſtātie. Eorum enī que pꝛedicāť pꝛincipales ſubſtātias ſola hec indicāť. aliquē eniz hominē ſiquis aſſignauerit quid ſit ſi ſpēm pꝛotulerit cōuenientius aſſignabit qꝫ ſi genus: ⁊ manifeſtius faciet aſſignando hominē qꝫ aīal. Alioꝝ vo quicqd aſſignauerit quilibet aſſignabit extranee velut albū aut currit aut quecunqꝫ taliū reddens: ergo merito he ſole ſcđe ſubſtātie dicunť. Amplius pꝛincipales ſubſtantie eo ꝙ alijs oībus ſubiaceāt: iccirco ꝓpꝛie ſubſtātie dicunť. Sicut autē pꝛime ſubſtātie ad oīa alia ſeſe habent: ita pꝛincipaliū ſubſtātiarum genera ⁊ ſpēs ad oīa reliqua ſeſe habent: De his enī oīa reliqua pꝛedicanť: aliquē enī hominē dicis grāmaticū eſſe ergo ⁊ aīal ⁊ hominē grāmaticū dicis: ſimiliter autē ⁊ in alijs. Cōe eſt aūt omnī ſubſtātie in ſubiecto nō eſſe. pꝛincipalis enī ſubſtantia neqꝫ de ſubiecto dť neqꝫ in ſubiecto eſt. Scđe vo ſubſtātie ſic etiā conſtāt qꝛ nulla eſt in ſubiecto. etenī hō de ſubiecto aliquo hoīe diciť: in ſubiecto aūt nullo eſt: neqꝫ eniz in aliquo hoīe hō eſt. Similiť aīal de ſubiecto qdē dť aliquo hoīe: non eſt aūt aīal in aliquo hoīe. Amplius eoꝝ que ſunt in ſubiecto nomē quidē de ſubiecto aliqñ nihil ꝓhibet pꝛedicari: rationē vo impoſſibile pꝛedicari eſt. Secundarū vo ſubſtantiarū de ſubiectis ratio pꝛedicabiť ⁊ nomen rationē enī hoīs ⁊ aīalis de aliquo hoīe ꝓdicabis: ergo nō erit hoꝝ ſubſtantia que ſunt in ſubiecto. Non eſt aūt pꝛopꝛiū ſubſtātie hoc: nanqꝫ differētia eoꝝ eſt que in ſubiecto non ſunt. bipes enī ⁊ greſſibile de ſubiecto quidez hoīe diciť: in ſubiecto autē nullo eſt. non enī in hoīe eſt bipes neqꝫ greſſibile. ratio quoqꝫ differentie de illo dť de quo ipſa differentia pꝛedicať: ut greſſibile de hoīe dť: ⁊ ratio greſſibilis de hoīe pꝛedicabitur eſt enī hō greſſibilis. Nō vo contrahēt ſubſtātiarū partes que ita ſunt in toto coꝛpoꝛe quaſi in ſubiecto ut ne foꝛte cogamur confiteri non eas eſſe ſubſtātias: nō enī in ſubiecto eſſe dicunť que tanqꝫ partes ſint in aliquo: nō enī dicebanť eſſe ea que ſunt in ſubiecto ut quaſi partes eſſent. Ineſt autē ſubſtātijs ⁊ differētijs ex his omnibꝰ vniuoce ꝓdicari. omnia enī que ab his ꝓdicata ſunt aut de indiuiduis pꝛedicanť aut de ſpēbus a pꝛima nāqꝫ ſubſtātia nulla eſt ꝓdicatio: de nul

lo eni ſubiecto dr̄. Secūdaꝝ vo ſubſtātiaꝝ ſpēs quidē de indiuiduo predicat: Genus autē ⁊ de ſpē ⁊ de indiuiduo: ſimiliter aūt ⁊ differētie ⁊ de ſpēb⁹ ⁊ de indiuiduis ꝑdicant. Rationē etiā ſuſcipiūt prime ſubſtātie ſpēꝝ ⁊ generū ⁊ ſpēs generis quecūqȝ de ꝑdicato dicunt eadē ⁊ de ſubiecto dicunt. Similit aūt ⁊ differētiarū rationeȝ ſuſcipiūt ſpēs ⁊ indiuidua. Uniuoca auteȝ ſunt quoꝝ ⁊ nomē cōe ⁊ ratio eadē ē: quare oia que a ſubſtantijs ⁊ differentijs ſunt vniuoce dicunt.

Ois aūt ſubſtātia videt hoc aliqd ſignificare ⁊ in primis quidē ſubſtātijs indubitabile ⁊ veꝝ eſt: qm̄ hoc aliquid ſignificat. Indiuiduū eni eſt quo vnū nūero ſignificat. in ſcdis vo ſubſtātijs videt quidē ſimilit ſub appellatōnis figura hoc aliqd ſignificare: qn̄ quis dixerit vl̄ hominē vel aial: non tn̄ veꝝ eſt ſed magis quale aliqd ſignificat: neqȝ vnū eni eſt vnū qd ſubiectū eſt quēad modū prima ſubſtātia: ſed de pluribus hō dr̄ ⁊ aial: non aūt ſimplicit quale quid ſignificat quēadmodū albū: nihil eni albū aliud ſignificat qȝ qualitatē. Genus aūt ⁊ ſpēs circa ſubſtantiā qlitatē determināt: qualē eni quandā ſubſtantiā ſignificāt plus aūt in genere qȝ in ſpē determiatio ſit: dicens eni aial plus cōplectit qȝ hominem.

Ineſt autē ſubſtātijs ⁊ iā nihil illis eſſe ꝯtrariū prime eni ſubſtātie nihil erit cōtrariū: alicui hōi nihil eſt cōtrariū. at vo nec hoi nec aiali aliquid eſt contrariū. non eſt aūt hoc ſubſtātie propriuȝ ſȝ ⁊ etiā multoꝝ alioꝝ: ut quātitati: bicubito eni nihil eſt cōtrariū: at vo nec decē nec alicui taliū. At ſiquis forte multa paucis dicat eſſe cōtrariū uel magnum paruo: determinatoꝝ vo nullum nulli eſt contrariū. Uidet aūt ſubſtātia nō ſuſcipere magis ⁊ minus. dico aūt hoc nō ꝙ ſubſtātia nō ſit magis ⁊ minus a ſubſtātia: hoc aūt dictū eſt quia ē. ſed qm̄ vnaqueqȝ ſba hoc ipſum qd eſt nō dicit magis ⁊ minus: ut eſt hec ſba hō non eſt magis aut min⁹ hō: nec ipſe a ſeipſo: nec alter ab altero. non eſt eni alter altero magis hō ſicut eſt albū altero magis albū: ⁊ bonū alteruȝ altero magis. Sed ⁊ ipſū a ſe magis ⁊ minus dr̄ ut corpus qū ſit albū magis albū dr̄ eſſe qȝ ꝑus ⁊ qū calidū ſit magis ⁊ minus calidū dr̄. Subſtantia vo nō dicit: nihil eni hō magis nunc hō qȝ prius nec alioꝝ qcqȝ que ſubſtātie ſunt: quapropter nō recipit ſubſtātia magis ⁊ minus.

Maxime vo ſubſtātie ꝓpriū eſſe videt ꝙ quȝ vnū ⁊ idē nūero ſit cōtrarioꝝ ſuſceptibilē eſſe: ⁊ in alijs quidē non habebit quiſqȝ q ꝓferat quecūqȝ non ſunt ſubſtātie ꝙ qū ſint vnū nūero ſuſceptibile ꝯrioꝝ ſit: velut color qd eſt vnū ⁊ ideȝ numero non erit albū ⁊ nigrū: neqȝ eadē actio ⁊ vna nūero erit praua ⁊ ſtudioſa. Similit aūt ⁊ in alijs que ſubſtātie nō ſunt. ſubſtātia eni qū vnuȝ ⁊ idē nūero ſit capax cōtrarioꝝ eſt: ut hō qū vn⁹ ⁊ idē nūero ſit aliqn̄ quidē niger aliqn̄ aūt ſit albus: ⁊ calidus ⁊ frigidus: ſit ⁊ prau⁹ ⁊ ſtudioſus In nullis aūt alijs aliquid tale videtur niſi quis forſitan inſtet dicēs orationē opinatōnē eiuſmōi eſſe. eadē eni oratio ⁊ idē viſus verū vel falſuȝ eē videt: veluti ſi vera ſit oratio: ſedere quendā ſurgente eo falſa erit: ſimilit aūt de viſu. Siqs auteȝ vere putat ſedere aliquē ſurgēte eo falſū videtur eundē ei habente de eo viſuȝ vel opinionē. Sed ⁊ ſiquis hoc ſuſcipiat tantūmodo differt. nā ea q in ſubſtantijs ſunt ipſa mutata ſuſceptibilia ſunt ꝯtrarioꝝ. frigidū eni de calido factū mutatū eſt. alteratū eni factū eſt ⁊ nigrū ex albo ⁊ ſtudioſuȝ ex prauo. Similit aūt ⁊ in alijs vnūquodqȝ mutationē ſuſcipiēs eſt ſuſceptibile ꝯtrarioꝝ. oratō aūt ⁊ opinio ipſa quidē imobilia oio pſeuerant. Qū vo res mouet ꝯtrariū circa eā ſit. orō nāqȝ ꝑmanet eadē eo ꝙ ſedet aliqs. Qū vo res remota ſit: aliqn̄ quidē vera: aliqn̄ falſa ſit: ſimilit auteȝ ⁊ in opinione: quapropter propriū ſolūmō ſubſtātie eſt eo ꝙ ſm̄ mutationē ſuā captabilis ē cōtrarioꝝ. Siqs aūt etiā recipiat placitū ⁊ orationē dicēs ſuſceptibilia eſſe ꝯrioꝝ nō eſt hoc verū oratio nāqȝ ⁊ opinio nō in eo ꝙ ipſa aliqd recipiant ꝯrioꝝ ſuſceptibilia eſſe dicunt: ſed in eo ꝙ circa alterū aliqua paſſio facta ſit. nā in eo ꝙ res eſt vel nō ē in eo etiā oratio vera aut falſa dr̄: nō in eo ꝙ ipſa ſit captabilis ꝯrioꝝ. Simplicit aūt a nullo nec orō mouet nec placitū: quapropt nō erūt ſuſceptibilia ꝯtrarioꝝ qū nulla in eis paſſio facta ſit. Veꝝ ſubſtātia i eo ꝙ ipſa ꝯria recipiat in hoc ſuſceptibilis dr̄ ꝯtrarioꝝ eſſe. Languorē eni ⁊ ſanitatē ſuſcipit cādorē ⁊ nigredinē: ⁊ vnūqdqȝ taliū ipſa ſuſcipiēdo ꝯtrarioꝝ eſſe ſuſceptibilis dr̄: quare ꝓpriū erit ſubſtātie ꝙ qū idem ⁊ vnū ſit nūero ꝯtrarioꝝ ſuſceptibilē cū ꝑmutatōe eſſe: ⁊ de ſubſtātia quidē hec dicta ſufficiant.

Diuiſio ſcda partis ſcde. Sermo in quātitate.

Quantitatis autē aliud quidē eſt cōtinuū aliud diſcretū: ⁊ aliō quidē ex habētib⁹ poſitionē ad ſe inuicē ſuis partibus cōſtat: aliud aūt ex non habentibus poſitionē. Eſt aūt diſcreta quātitas ut numerus ⁊ oratio. Cōtinua vo ut linea: ſuperficies: corpus. Amplius

40

aũt ⁊ preter hec eſt tẽpus ⁊ locus. Partiũ eteni
nũeri nullus eſt cõis termin⁹ ad quez copulãtur
particule eius:ut quiqꝫ ⁊ quinqꝫ ad decẽ ſũt pti-
cule ad nullũ cõem terminũ copulanť quinqꝫ ⁊
quinqꝫ ſed ſemp diſcreta ſunt ⁊ ſeparata. Sed ⁊
tria ⁊ ſeptẽ ad nullũ cõez terminũ pticulariũ cõ
iungunť ſed ſemp diſcreta ⁊ ſepata ſunt: quapro-
pter nũerus quidẽ diſcretoꝝ eſt. Similiť autẽ ⁊
oratõ diſcretoꝝ eſt:menſurať aũt ſyllaba breuis
⁊ lõga. Dico aũt oratõnẽ cũ voce ꝓlatã: ad nul
lũ eni cõez terminũ particule eius copulantur.
Non eni eſt cõis terminus ad quẽ ſyllabe copu
lanť: ſed vnaqueqꝫ diuiſa eſt ipa ſcḿ ſeipſaz.

Linea v̇o continua eſt. põt eni ſumere cõez ter
minũ ad quẽ particule ei⁹ copulanť ut ad pũctũ
⁊ ſuperficiei lineã. plani nãqꝫ ad quẽdã cõez ter-
minũ particule eius copulanť. Similiť autẽ ⁊ in
corpore poteris ſumere cõez terminũ ſupficiẽm
ad quã copulanť corporis particule. Eſt aũt
taliũ ⁊ tẽpus ⁊ locus. pſens eni tẽp⁹ ⁊ ad pteritũ
⁊ ad futurũ copulať. Rurſus locus ꝯtinuoꝝ eſt
locũ eni quendã corporis pticule obtinẽt q̃ pti-
cule ad quendã cõez terminũ copulanť ad quez
corporis pticule: quapropter ꝯtinu⁹ erit locus.
ad vnũ eni terminũ cõez copulanť ei⁹ particule.

Amplius aũt alie quidẽ ꝯſtãt ex particulis q̃
in eis ſunt poſitionẽ ad ſe inuicẽ habẽtibus: alie
aũt ex nõ habẽtibus poſitionẽ:ut linee quidem
particule poſitionẽ habẽt ad ſe inuicẽ. Singulũ
autẽ eoꝝ ſitũ eſt alicubi ⁊ habes vñ ſumas ⁊ aſſi
gnes vnũquodqꝫ vbi ſitũ eſt in plano ⁊ ad qꝫua
particulã particule cetere copulẽť. ſimiliť autẽ ⁊
particule plani habẽt quãdã poſitionẽ. ſiliť nãqꝫ
vnũquodqꝫ oſtendiť vbi iacet que ad ſe inuicem
copulenť:ſed ⁊ ſoliditatis quoqꝫ ⁊ loci ſimiliter.

In numero aũt non poterit quiſq̃ perſpicere
tãq̃ pticule eius poſitionẽ aliquã ad ſe iuicẽ ha-
beant: ut ſit ſitũ alicubi: aut aliq̃ particule ei⁹ ad
ſe inuicẽ nectanť. Sꝫ neqꝫ ea que tpis ſunt: nihil
eni pmanẽt pticule tpis Qḋ aũt non eſt pmanẽs
quõ poſitõnẽ aliquã hẽbit: ſed magis quẽdã or
dinẽ particularũ dices habere:ut aliqd quidem
primũ ſit tpis aliud v̇o poſteri⁹. Sꝫ ⁊ de nũero
ſimiliter eo ꝙ prius nũerať vnus q̃ duo ⁊ duo
q̃ tres:⁊ ita habebũt quendã ordinẽ. poſitionẽ
v̇o nõ multũ pſpicies. Sꝫ oratõ ſimiliť. nihil eni
pmanẽt particule eius: ſed dictũ eſt ꝙ nõ poteſt
amplius ſumi hoc: quapropter non erit poſitio
particularũ eius ſiqdẽ nihil pmanẽt. Alia itaqꝫ
ꝯſtãt ex particulis q̃ in eis ſunt põnem ad ſe inui
cem hñtibus: alia aũt ex non hñtibus põnem

PRoprie aũt quantitatis he ſole ſunt quas
diximus: alia v̇o oĩa ſcḿ accidẽs ſunt. ad
hoc eni aſpiciẽtes ⁊ alias dicimus quãtitates: ⁊
multũ dr̃ albũ eo ꝙ ſuperficies multa ſit:⁊ actio
longa eo ꝙ tempus longũ ⁊ multũ ſit:⁊ motus
multus. neqꝫ eni hoꝝ ſingulũ p ſe quãtitas diciť
ut ſiqs aſſignet quãta ſit actio tpis diffiniet anni
menſurã:uel ſic aliquo mõ aſſignãs:⁊ albũ q̃ꝫtũ
ſit aſſignãs ſupficiẽ diffiniet. Quãta eni ſupficies
fuerit tantũ eni albũ dices. Quare aũt ſole ꝓprie
⁊ ſcḿ ſeipſũ quãtitates dicunť que dicte ſunt: ali-
oꝝ v̇o nihil per ſe: ſed ſi forte per accidens.

Ampli⁹ quãtitati nihil eſt ꝯtrariũ. Indefinitis
aũt maximũ eſt qm̃ nihil eſt ꝯtrariũ:ut bicubito
tricubito uel ſupficiei uel alicui taliũ nihil eſt cõ
trariũ niſi forte quis multa paucis dicat eſſe cõ-
traria uel magnũ paruo:hoꝝ aũt nihil eſt quãti
tas ſꝫ magis ad aliqd. Nihil eni p ſeipſũ paruũ
uel magnũ dr̃ ſed ad aliud referť. nã mons quidẽ
paruus dr̃:miliũ v̇o magnũ eo ꝙ hoc quidẽ ſui
generis maius ſit:illud v̇o minus: ergo ad aliud
eſt eoꝝ relatio. nã ſi per ſe ipſũ magnũ uľ paruũ
diceręť nunq̃ mons qdẽ aliqñ paruus: milium
v̇o magnũ diceręť. Rurſus i vico quidẽ plures
hoĩes eſſe dicim⁹: in ciuitate v̇o paucos quꝫ ſint
eoꝝ multiplices:⁊ i domo quidẽ multos:i thea
tro v̇o paucos qũ ſint plures. Amplius bicubi
tũ v̇o uel tricubitũ ⁊ vnũqḋqꝫ taliũ quãtitatẽ ſi-
gnificat:magnũ v̇o vel paruũ nõ q̃ꝫtitatẽ ſꝫ ma-
gis ad aliquid qm̃ ad aliud ſpectat magnuꝫ vel
paruũ: quare maximũ ẽ qm̃ hec ad aliqd ſunt.
Amplius aũt ſiue ponat aliqs has eſſe q̃ꝫtitates
ſiue nõ ponat nihil illis ꝯtrariũ erit. Qḋ eni nõ
põt ſumi p ſeipſuꝫ ſed ad ſolã alterius relationẽ
referť quõ huic aliquid erit ꝯtrariũ: Ampli⁹ aũt
ſi erunt magnũ ⁊ paruũ ꝯtraria cõtingeret ipſuꝫ
idẽ ſimul ꝯtraria recipere ⁊:eaipſa ſibimet eẽ cõ
traria. Contingit eni idẽ ipſuꝫ ſimul paruũ eſſe ⁊
magnũ. eſt eni aliqd ad hoc quidẽ paruũ:ad ali
ud quidẽ hoc idẽ ipꝫ magnũ: quare idẽ paruũ
⁊ magnũ in eodẽ tpe eſſe cõtingit: q̃re cõtraria ſi
mul ſuſcipiet. Sed nihil ẽ qḋ videť ſimul ꝯtraria
poſſe ſuſcipe:ut ſubſtãtia ſuſceptibilis cõtrarioꝝ
quidẽ eſſe videť ſed nõ ſuſcipit vno eodẽqꝫ tẽpe
nã nul⁹ ſimul ⁊ ſanus eſt ⁊ eger: nec alb⁹ ⁊ niger
ſimul eſt. Nihilqꝫ aliud ſimul cõtraria ſuſcipiet
⁊ eadẽ ſibiipſi cõtingit eſſe contraria. nam ſi eſt
magnũ paruo cõtrariũ ipſuꝫ autẽ ſimul ideꝫ eſt
paruũ ⁊ magnũ ipſũ ſibi erit contrariũ. ſed im-

poſſibile eſt ipſuʒ ſibi eſſe contrariũ:non eſt igit̃
magnũ paruo cõtrariũ nec multa paucis:quare
uel ſiue relatiuoꝝ hoc quilibet dicat tñ quãtitas
nihil habebit contrariũ. Maxime autẽ cir
ca locũ videt̃ eſſe cõtrarietas quãtitatis. ſurſum
enĩ ad id quod eſt deoꝛſuʒ cõtrariũ ponũt locũ
qui in medio eſt deoꝛſum dicentes eo ꝙ multa
differentia medij ad terminos mundi ſit. videtur
autẽ ⁊ aliquoꝛuʒ contrarioꝝ diffinitionẽ ab his
proferre. que enĩ a ſe inuicẽ multũ diſtant eoꝛuʒ
que ſub eodẽ genere ſunt cõtraria determinant.

Non videt̃ quãtitas ſuſcipere magis ⁊ minus
ut bicubitũ:neqʒ enĩ ẽ aliud alio magis bicubi-
tũ:neqʒ in numero ut trinarius quinarius: nihil
enĩ magis tria dicent̃ q̃ʒ quinqʒ:nec tria potius
q̃ʒ tria: neqʒ tempus aliud alio magis ⁊ minus
dicit̃:ut nec in his que dicta ſunt magis ⁊ minus
dicit̃:quare quãtitas non ſuſcipit magis ⁊ minꝰ.

Propriũ autem maxime quantitatis eſt ꝙ ⁊
equale uel inequale dr̃. Singulũ eniʒ earuʒ que
dicta ſunt quãtitatũ equale dr̃ ⁊ inequale ut cor-
pus equale ⁊ inequale dicit̃: ⁊ tempus equale ⁊
inequale dr̃: ⁊ numerus equalis ⁊ inequalis dr̃:
⁊ oꝛatio equalis ⁊ inequalis. Similiter autẽ ⁊ in
alijs que dicta ſunt ſingulis equale ⁊ ineq̃le dr̃.
In ceteris vͦo que quãtitates non ſunt non mul
tũ videbit̃ equale ⁊ inequale dici. Nãqʒ affectio
⁊ diſpoſitio equalis ⁊ inequalis non multũ dicit̃
ſed magis ſimilis ⁊ albũ ⁊ equale ⁊ inequale nõ
multũ dicit̃ ſed ſimile:quare quantitatis eſt pro-
priũ equale vel inequale dici.

Diuiſio tertia. Sermo in p̃dicamẽto relatõis.

Ad aliquid vͦo talia dicunt̃ q̃cunqʒ hoc
ipſuʒ ꝙ ſunt alioꝝ dicunt̃ vel q̃uolibet
aliter ad aliud:ut maius id qͦd eſt alterꝰ
dicit̃. aliquo enĩ maius dr̃ ⁊ duplũ alterius dicit̃
hoc ipſuʒ qͦd eſt alicuius enĩ duplũ dicitur. ſimi-
liter autẽ ⁊ alia quecunqʒ ſunt huiuſmodi. At
vͦo ſunt etiã ⁊ hoc aliq̃d ut habitus affectus di-
ſciplina ſenſus poſitio:hec enĩ oĩa que dicta ſunt
hoc ipſuʒ ꝙ ſunt alioꝝ dicunt̃ ⁊ nõ aliter ad ali-
ud aliquid. habitus enĩ alicuius ẽ habitus: ⁊ di-
ſciplina alicuꝰ eſt diſciplina: ⁊ poſitio alicuius ẽ
poſitio. ſed alia quidẽ ſimilit̃ ad aliquid vͦo ſunt
quecũqʒ ipſuʒ ꝙ ſunt alioꝝ dicunt̃ uel q̃uolibet
aliter ad aliud: ut mons magnus dicit̃ ad mõtẽ
paruũ aliũ. magnũ enĩ ad aliͦd dr̃: ⁊ ſimile alicui
ſimile: ⁊ oĩa talia ſimiliter ad aliquid dicuntur.

Sunt autẽ ⁊ accubitus ⁊ ſtatio ⁊ ſeſſio poſiti
ones quedã. poſitõ vͦo ad aliquid dr̃. iacere aũt
uel ſtare vel ſedere ipſa quidẽ non ſunt poſitões
denoĩatiue vͦo dicunt̃ ex his que dicte ſunt po-
ſitõnibus. Ineſt aũt ⁊ cõtrarietas in relatõe
ut virtus vitio contrariũ quʒ ſit vtrũqʒ ad aliq̃d
⁊ diſciplina. Non aũt oĩbus relatiuis ineſt con-
trarietas:duplici enĩ nihil eſt contrariũ neqʒ enĩ
triplici nec vlli taliũ. Videt̃ autẽ magis ⁊ mi
nus relatiua ſuſcipere. ſimile enĩ magis ⁊ minus
dicit̃: ⁊ inequale magis ⁊ minus qum vtrũqʒ ſit
relatiuũ. ſimile eniʒ alicui ſimile dicit̃: ⁊ inequale
alicui inequale. non autẽ oĩa relatiua ſuſcipiunt
magis ⁊ minus. duplex nõ dicit̃ magis ⁊ minus
duplex nec aliquid talium. Omnia aũt rela
tiua ad cõuertentiã dicunt̃: ut ſeruus dñi ſeruus
dicit̃: ⁊ dñs ſerui dñs: ⁊ duplũ dimidij duplum:
⁊ dimidiũ dupli dimidiũ: ⁊ maiꝰ minoꝛe maius
⁊ minus maioꝛe minus: ſimiliter autẽ ⁊ in alijs.
Sed caſu aliquotiens differũt ſcḋm locationẽ: ut
diſciplina diſciplinati diſciplina: ⁊ diſciplinatuʒ
diſciplina diſciplinatuʒ: ⁊ ſenſus ſenſati ſenſus: ⁊
ſenſatũ ſenſu ſenſatũ. At vͦo non aliquotiens
videbit̃ cõuerti niſi cõuenienter ad qͦd dicit̃ aſſi-
gnetur. Si enĩ peccet is qui aſſignat ut ala ſi aſſi
gnet̃ aui nõ ↄuertit̃ ut ſit auis ale: neqʒ enĩ prius
cõuenienter aſſignatũ eſt ala auis: neqʒ in eo ꝙ
auis eſt in eo auis ala dicit̃ ſed in eo ꝙ alata eſt.
Multoꝝ enĩ ⁊ alioꝝ ale ſunt que nõ ſunt aues:
quare ſi aſſignent̃ cõuenienter ⁊ cõuertit̃: ut ala
alati ala: ⁊ alatũ ala alatũ. Aliquotiẽs aũt foꝛte
⁊ noĩa fingere neceſſe erit ſi non fuerit poſitũ no
men ad qͦd cõuenient̃ aſſignet̃:ut remus ſi nauis
aſſignat̃ non erit cõueniens aſſignatio:neqʒ enĩ
in eo ꝙ eſt nauis in eo enĩ remus dicit̃:ſunt eniʒ
naues quarũ remi nõ ſunt: quare nõ cõuertitur
nauis enĩ non dicit̃ remi nauis ſed foꝛte cõueniẽ
tioꝛ aſſignatio erit:ſi ſic quodãmõ aſſignet̃ remꝰ
remite rei remus aut aliquo mõ aliter dictũ ſit.
nomẽ enĩ non eſt poſitũ:cõuertit̃ autẽ ſi cõueni-
enter aſſignet̃:remitũ enĩ remo remitũ eſt. Simi
liter aũt ⁊ in alijs:ut caput ↄuenientius aſſignat̃
capitati q̃ʒ ſi aĩali aſſignet̃ neqʒ enĩ in eo ꝙ aĩal ẽ
caput habet. multa enĩ ſunt aĩalia capita nõ ha
bentia. Sic aũt facilius foꝛtaſſe ſumet̃ quibꝰ
nomen non eſt poſitũ ſi ab his que prima ſunt ⁊
ab his que cõuertunt̃ noĩa ponantur: ut in his
que dicta ſunt ab ala alatũ a remo remitũ. Oĩa
ergo que ad aliquid dicuntur ſi ↄuenienter aſſi-
gnent̃ ad ↄuertentiã dicunt̃. Nã ſi ad quodlibet
aliud aſſignent̃ ⁊ non ad illud dicant̃ non cõuer
tunt̃. Dico autẽ qm̃ neqʒ hoꝛũ que indubi-

tāter cōuertibilia dicunt̄ ⁊ nomīa eis poſita ſunt
nihil cōuertit̄ ſi ad aliquid eoꝝ que ſunt accidē-
tia aſſignent̄ ⁊ non ad ea que dicunt̄:ut ſeruus ſi
dn̄i non aſſignet̄ ſeruꝰ ſed hoīs vel bipedis aut
alicuius taliū non cōuertit̄:non enī erit ꝯueniēs
aſſignatio. Amplius ſi conuenienter aſſignet̄
ad id ad qd̄ dr̄ oībus alijs circūſcriptis quecūꝫ
accidentia ſunt relicto ſolo illo ad quod aſſigna
tū eſt ſemper ad ipꝫ dicet̄:ut ſi ſeruus dicatur ad
dn̄m circūſcriptis oībus que ſunt accidētia dn̄o
ut eſſe bipedē uel ſcientie ſuſceptibilē vel hoīem
relicto v̄o ſolo dn̄o ſemꝑ ſeruus dicet̄ ad ipſum.
ſeruus enī dn̄i ſeruus dr̄. Si aūt non cōueniēter
dicat̄ ad id ad qd̄ dicit̄ circūſcriptis oībus alijs
relicto illo ſolo ad qd̄ redditū eſt nō dicit̄ ad illd̄
aſſignet̄ enī ſeruus hoīs ⁊ ala auis: circūſcribat̄
ad hominē eſſe dn̄m nō iam ſeruus ad hominez
dr̄:qum enī dn̄s nō ſit ſeruus nō eſt. Similit̄ aūt
⁊ de aue adimat̄ abea alatā eſſe ⁊ ampliꝰ nō erit
ala ad aliqd qū nō enī ſit alatū nec ala erit alicuiꝰ
quare opoꝛtet aſſignari ad id ad qd̄ cōueniēter
dicit̄: ⁊ ſi ſit nomē poſitū facilis erit aſſignatio:ſi
autē nō ſit foꝛtaſſe erit neceſſariū fingere nomen
ſi autē ſic reddant̄ manifeſtū eſt qm̄ omnia rela-
tiua conuerſim dicuntur. Uident̄ aūt ad ali
quid ſimul eſſe natura ⁊ in alijs quidē pluribus
verū eſt.ſimul enī duplū eſt ⁊ dimidiū:⁊ qum ſit
duplum dimidiū eſt:⁊ qum ſit ſeruus dominꝰ eſt
Sil'r aūt his ⁊ alia:ſimul enī auferūt ſeſe iuicem
Si eniꝫ non ſit duplū non eſt dimidiū:⁊ ſi nō eſt
dimidiū non eſt duplū:ſimiliter autem ⁊ in alijs
quecūqꝫ talia ſunt. Non autē ⁊ in omnibus
relatiuis veꝝ videt̄ eſſe ſimul eſſe natura: ſcibile
enī ſcientia pꝛius naturaliter eſſe videt̄. Nāqꝫ in
pluribus rebus ſubſiſtentibus ſciētias accipimꝰ
In paucis v̄o uel nullis hoc quis reperiet ſimul
cum ſcibili ſcientiā eſſe. Amplius ſcibile ſub
latū ſimul aufert ſcientiā.ſcientiā v̄o nō ſimul au
fert ſcibile:nā ſi ſcibile nō ſit nō eſt ſcientia: ſciētia
v̄o ſi non ſit nihil pꝛohibet eſſe ſcibile: ut circuli
quadratura ſi eſt ſcibilis ſcientia quidē eius non
dū eſt:illud v̄o ſcibile ē. Amplius aīali qui-
dē ſublato non eſt ſciētia: ſcibiliū v̄o plurima eē
contingit. Similiter autē his habēt ſeſe ⁊ ea que
de ſenſu ſunt. Senſibile enī pꝛius qꝫ ſenſus videt̄
eſſe:ſublato enī ſenſibili ſimul aufert̄ ſenſus:ſenſꝰ
v̄o ſenſibile non ſimul auferunt:ſenſus eniꝫ circa
coꝛpus ⁊ in coꝛpoꝛe ſunt.ſenſibili aūt perempto
peremptū eſt ⁊ coꝛpus : ſenſibile enī eſt coꝛpus.
qum v̄o coꝛpus nō ſit ſublatus eſt ſenſus. Quar̄
ſimul aufert ſenſibile ſenſū:ſenſus v̄o ſenſibile nō
aīali enī perempto ſenſus quidē peremptus eſt:
ſenſibile autē permanet ut coꝛpus calidū dulce
amarū ⁊ omnia alia quecunqꝫ talia ſunt. Am
plius ſenſus quidē ſimul cū ſenſato fit. ſimul enī
aīal fit ⁊ ſenſus. Senſibile enī ante eſt qꝫ ſenſatuꝫ
eſſet. Ignis enī ⁊ aqua ⁊ alia huiuſmōi ex qbus
ipſū aīal conſtat:ante ſunt qꝫ aīal ſit oīo uel ſenſꝰ
quare pꝛius ſenſibile qꝫ ſenſus eſſe videt̄. Ha
bet aūt queſtionē vtꝝ nulla ſubſtātia ad aliquid
dicat̄ quemadmodū videt̄: an hoc cōtingat ſm̄
quaſdā ſcd̄as ſubſtātias: nā in pꝛimis ſubſtātijs
neceſſariū eſt: nā neqꝫ tote neqꝫ partes ad aliqd
dicunt̄. nam aliquis hō non dicit̄ alicuius aliqs
hō: neqꝫ aliquis bos alicuius aliquis bos. Si-
militer aūt ⁊ partes. quedā enī manuſ nō dicitur
alicuius quedam manus ſed alicuius manus:⁊
quoddā caput nō dicit̄ alicuius quoddā caput
ſed alicuius caput. Similiter autē ⁊ in ſcd̄is ſub-
ſtantijs atqꝫ hoc quidē in pluribus:ut hō nō dr̄
alicuius hō:nec bos alicuius bos:nec lignū ali-
cuius lignū:ſed alicuiꝰ poſſeſſio dicit̄. In huiuſ-
modi ergo manifeſtū eſt qm̄ non eſt ad aliquid:
In aliquibus v̄o ſecūdis ſubſtātijs habet aliqꝫ
dubitationē:ut caput alicuiuſ caput dicit̄:⁊ ma-
nus alicuius manus dicit̄ ⁊ ſingula huiuſmodi:
quare hec foꝛtaſſe ad aliquid eſſe videntur.

Si igit̄ ſufficienter eoꝝ que ſunt ad aliquid dif-
finitio aſſignata eſt:aut nimis difficile aut impoſ
ſibile eſt ſoluere:qm̄ nulla ſubſtantia eoꝝ que ſūt
ad aliquid dr̄. Si autē non ſufficiēter ſed ſunt ad
aliqd quibus hoc ipſuꝫ eſſe ē ad aliquid quodā-
modo ſe habere:foꝛtaſſe aliquid cōtra iſta dicet̄.
Pꝛioꝛ v̄o diffinitō ſequit̄ quidē omnia relatiua
non tn̄ eis hoc eſt eſſe ꝙ ſint ad aliquid ꝙ ea ipa
que ſunt alioꝝ dicunt̄. Ex his ergo manife-
ſtū eſt ꝙ ſiquis aliquid eoꝝ que ſunt ad aliquid
diffinite ſciet ⁊ illud ad qd̄ dicit̄ diffinite ſciturus
eſt: qm̄ eoꝝ eſſe que ſunt ad aliquid eſt ad aliqd
quodāmodo ſe habere. Si enī non nouerit
oīo ad qd̄ hoc quodāmō ſe habet nec ſi aliquid
ad quod hoc quodāmodo ſe habet ſciturus eſt.
ſed in ſingulis palaꝫ hoc eſt:ut hoc ſiquis nouit
diffinite qd̄ eſt duplū ⁊ cuius duplū eſt mox dif-
finite nouit. Si v̄o nihil diffinire nouit ipſū cuiꝰ
duplū ſit neqꝫ ſi eſt oīo nouit. Similiter autez ⁊
hoc ad aliquid ſi nouit aliquis ꝙ melius eſt diffi
nite:⁊ quo melius eſt neceſſariū eſt noſſe. Indif-
finite aūt ſi ſciat quia eſt peioꝛe melius opinione
id quod tale eſt ſic nō diſciplina. nō enī ſciuit ſub-

tiliter quo eſt peioꝛe melioꝛ: ſi eni ſic cõtingit ni-
hil eſt peius eo propter hoc. Quapropter palaꝫ
eſt ⁊ neceſſariuꝫ ꝙ ſi nouerit quis aliquid relati-
uoꝝ diffinite neceſſariũ eſt ⁊ illud ad qđ dicitur
diffinite noſſe. Caput vo ⁊ manus ⁊ hoꝛuꝫ
ſingula que ſubſtantie ſunt hoc ipſuꝫ ꝙ ſunt põt
ſciri diffinite. Ad qđ quꝫ dicant non eſt neceſſa-
riũ ſcire. cuius eni caput hoc uel hec manus ſi
non eſt dici diffinite: quare nõ erũt hec ad aliqđ.
Si vo nõ ſunt relatiuoꝝ verũ erit dicere ꝙ nulla
ſubſtantia relatiuoꝝ eſt. Foꝛtaſſe autẽ diffici
le ſit de huiuſmodi rebus confidenter declarare
niſi ſepe pertractata ſint: dubitare autẽ de ſingu-
lis nõ erit inutile.

Diuiſio quarta. Sermo in qualitate.

Qualitatẽ autẽ eſſe dico ſm quam quale
quidẽ dicit. Eſt autẽ qualitas eoꝛuꝫ
que multiplicit dicũt. ⁊ vna quidẽ ſpẽs
qualitatis habitus ⁊ diſpoſitio dr. differt aũt ha
bitus a diſpoſitiõe ꝙ ꝑmanentioꝛ ⁊ diuturnioꝛ
eſt: tales eni ſunt ſciẽtie ⁊ virtutes. ſcientia eni vi-
det eẽ ꝑmanentiũ ⁊ eoꝝ que difficillime moue-
ant: ut ſiquis vel mediocriter ſumat ſcientiaꝫ niſi
foꝛte grandis ꝑmutatio facta ſit vel ab egritudie
vel ab aliquo huiuſmõi. Similiter aũt ⁊ virtus
ut iuſticia vel caſtitas ⁊ ſingula taliũ non vident
poſſe moueri neqꝫ facile ꝑmutari. Affectões vo
dicũt que ſunt facile mobiles ⁊ cito ꝑmutabiles
ut caloꝛ ⁊ frigiditas ⁊ ſanitas ⁊ egritudo ⁊ alia
huiuſmõi. Afficit eni circa eas hõ quodãmodo
cito autẽ ꝑmutat: ⁊ ex calido frigidus fit: ⁊ ex ſa-
nitate in egritudinẽ tranſit: ſimiliter aũt ⁊ in alijs
niſi foꝛte in his que cõtingit ꝑ tpis longitudineꝫ
ĩ naturã cuiuſqꝫ transferri: vt inſanabilis: vel dif
ficile mobil exiſtat affectꝰ quẽ iã qlibet habitudi
nẽ vocet. Manifeſtũ eſt aũt qm̃ hec nolunt
habitudines noiari que ſunt diuturnioꝛa vel dif
ficile mobilia. Naqꝫ in diſciplinis non multũ re
tinẽtes ſed facile mobiles dicunt non habitum
habere qͣuis ſint ad diſciplinas peiꝰ vel melius
diſpoſiti: quare differt habitus a diſpoſitione ꝙ
hoc quidẽ facile eſt: illud vo diuturnius ⁊ diffi-
cile mobile. Sunt autẽ habitus diſpões ⁊
diſpoſitiones vo nõ neceſſe eſt habitus eſſe. qui
eni retinẽt habitũ ⁊ quodãmodo diſpoſiti ſunt
ad ea que habẽt vel peius vel melius. qui auteꝫ
diſpoſiti ſunt non oio retinent habitũ. Aliud
ergo genus qualitatis eſt ſm ꝙ pugillatoꝛes vel
curſoꝛes vel ſalubꝛes vel inſalubꝛes dicimus: ⁊
ſimpliciter quecũqꝫ ſm potentiã naturalem vel
impotentiã dicunt. Non enim qm̃ ſunt diſpoſiti
aliquo mõ vnũquodqꝫ huiuſmodi dicit: ſed ꝙ
habẽt potentiã naturalẽ vel facere quideꝫ facile
vel nihil pati: ut pugillatoꝛes vel curſoꝛes dicũt
non ꝙ ſint diſpoſiti ſed ꝙ habeãt potentiã hoc
facile faciendi. Sanatiui autẽ dicunt eo ꝙ habe
ant potentiã naturalẽ ut nihil a quibuſlibet acci
dentibus patiant. Egrotatiui vo quideꝫ habeãt
impotentiam nihil patiendi: ſimiliter autẽ his ⁊
molle ⁊ durum ſe habẽt. Quare eniꝫ duꝝ dicit
quia habeat potentiã non citius ſecari. Molle
vo ꝙ habeat eiuſdeꝫ ipſius ĩpotentiaꝫ. Ter
tia vo ſpecies qualitatis paſſibiles qualitates ⁊
paſſiones: ſunt autẽ huiuſmõi ut dulcedo ⁊ ama
ritudo ⁊ auſteritas ⁊ omnia his cognata. Am-
plius auteꝫ ⁊ caloꝛ ⁊ frigus: ⁊ albedo ⁊ nigredo
⁊ qm̃ he qualitates ſunt manifeſtũ eſt. Quecũqꝫ
eni iſta ſuſceperint qualia dicuntur ſm ea: ut mel
qm̃ dulcedinem ſuſcipit dulce dicitur: ⁊ coꝛpus
album eo ꝙ albedinem ſuſcipit: ſimiliter auteꝫ ſe
habent in ceteris. Paſſibiles vo qualitates
dicunt nõ ꝙ hec que illas ſuſceperint qualitates
aliquid patiant. neqꝫ eniꝫ mel qđ aliquid paſſũ
ſit iccirco dicitur dulce: nec aliquid aliud huiuſ-
modi. ſimilit autem his ⁊ caloꝛ ⁊ frigus paſſibi-
les qualitates dicunt non ꝙ ipſa que eas ſuſci-
piunt aliquid paſſa ſint: ſed qm̃ ſingula eoꝛũ que
dicta ſunt ſm ſenſuũ qualitatem paſſionis perfe
ctiua ſunt paſſibiles qualitates dicunt. dulcedo
enim quandã paſſionem ſm guſtum efficit ⁊ ca
loꝛ ſm tactuꝫ: ſimiliter autem ⁊ alie. Albedo
autem ⁊ nigredo ⁊ alij coloꝛes non ſimiliter his
que dicta ſunt paſſibiles qualitates dicũtur: ſed
hoc ꝙ he ipſe qualitates ab aliquibus paſſioni-
bus innaſcuntur. Qm̃ ergo fiunt per aliquã
paſſionem multe coloꝛuꝫ mutatões manifeſtũ
eſt. rubeſcens eniꝫ aliquis rubeus factus eſt: ⁊ ti-
mens pallidus ⁊ vnunquodqꝫ talium. Quare
uel ſiquis naturaliter aliquid taliuꝫ paſſus eſt ſi-
milem coloꝛem opoꝛtet eum habere. Que enim
affectio nunc ad verecundiã circa coꝛpus facta
eſt ⁊ ſm naturalem paſſionẽ eadem fiet actio ut
naturalis coloꝛ ſit ſimilis. Quecunqꝫ ergo
talia caſuuꝫ ab aliquibus paſſionibus difficile
mobilibus ⁊ permanentibus principiũ ſumpſe
rint paſſibiles qualitates dicunt. ſiue eniꝫ vel ſm
naturalem ſubſtantiam palloꝛ aut nigredo facta
eſt qualitates dicuntur. Quales enim ⁊ ſm eas

dicuntur ſiue propter egritudinẽ longaꝫ vel eſtũ aliquid tale cõtingit: vel nigredo vel pallor ⁊ nõ facile preterit ⁊ in vita ꝑmanet qualitates ⁊ iſte dicunt᷑. Similiter eniꝫ quales ⁊ ſm̄ eas dicimur.

Quecunqꝫ vͦ ex his que facile ſoluuntur ⁊ cito tranſeunt fiunt paſſiones dicuntur. non eniꝫ dicimur ſm̄ eas quales: neqꝫ enim qui propter verecundiam rubeus factus eſt rubeus dicitur: nec cui pallor propter timorẽ venit pallidus eſt ſed magis quidem aliquid paſſus ſit: quare paſſiones huiuſmodi dicuntur: qualitates vͦ minime. Similiter his ⁊ ſm̄ animã ⁊ paſſiones paſſibiles qualitates dicuntur. Quecunqꝫ eniꝫ mox in naſcẽdo ab aliquibus paſſionibus fiunt qualitates dicuntur: ut dementia vel ira vel alia huiuſmodi: quales eniꝫ ſm̄ eas dicimur. i. iracundi ⁊ dementes. Similiter autẽ ⁊ quecunqꝫ alie nationes non naturaliter ſed aliquibus caſibus facte ſunt difficile pretereuntes ⁊ omnino imobiles ⁊ huiuſmodi qualitates ſunt: quales enim ⁊ ſm̄ eas dicimur. Quecũqꝫ vͦ ex his que citius pretereunt fiunt paſſiones dicunt᷑: vt ſiquis contriſtatus iracũdior fit: non enim iracundus dicit᷑ qui in huiuſmodi paſſione iracũdior eſt ſed magis aliquid paſſus. Quare paſſiones quidẽ huiuſmodi dicuntur: qualitates vero minime.

Quartum vͦ genus qualitatis eſt forma ⁊ circa aliquid cõſtans figura. Amplius auteꝫ ad hoc rectitudo ⁊ curuitas ⁊ ſiquid ſimile eſt his. ſm̄ enim vnũquodqꝫ eoꝝ quale quid dicitur. triangulũ enim vel quadranguluꝫ eſſe quale quid dicitur aut rectum aut curuũ. Rarum vͦ ⁊ ſpiſſum ⁊ aſperuꝫ ⁊ lene putabunt᷑ quidem qualitateꝫ ſignificare ſed aliena huiuſmodi putãtur eſſe a diffinitiõe que circa qualitatem eſt. quãdaꝫ enim poſitionem quodãmodo videntur vtrũqꝫ partiũ ſignificare. Spiſſum quidẽ eſt eo ꝙ ꝑtes ſibiipſe propinque ſint: rarum vero eo ꝙ differant a ſe inuicem: ⁊ lene quidem quod in rectuꝫ ſibi partes iaceant: aſperum vͦ ꝙ hec quidem pars ſuperet: illa vero ſit inferior. Et fortaſſe alij quoqꝫ apparent qualitatis modi: ſed qui maxĩe dicuntur hi ſunt. qualitates itaqꝫ ſunt que predicte ſunt. Qualia vͦ ſunt que ſm̄ hec denomiatiue dicuntur vel quomodolibet aliter ab his. In pluribus quidem ⁊ pene in omnibus denominatiue dicuntur: ut a candore candidus: ⁊ a grãmatica grãmaticus: ⁊ a iuſticia iuſtus: ſimilit᷑ autem ⁊ in alijs. In aliquibus vͦ eo ꝙ non ſint poſita qualitatibus nomina non cõtingit ea que dicuntur ab eis denominatiue dici: ut curſor aut pugillator qui ſm̄ valitudineꝫ naturalem dicũt᷑ a nulla qualitate denominatiue dicũtur. non enĩ poſita ſunt nomina valitudinibus ſm̄ quas iſti quales dicuntur: ſicut in diſciplinis ſm̄ quaſ vel pugillatores vel paleſtrici ſm̄ affectionem dicũt᷑ pugillatoria eſt vel paleſtrica diſciplina dicitur. Quales vͦ ab his denominatiue hi qui ad eas afficiuntur dicuntur. Aliquando auteꝫ ⁊ poſito nomine denominatiue non dicitur id quod ſm̄ ipſum quale dicitur: ut a virtute ſtudioſus dicit᷑: virtutem eniꝫ habendo virtuoſus dicitur ſed nõ denomiatiue a virtute dicitur: non autem in pluribus hoc tale eſt. Que autem dicuntur qualia aut denomiatiue a predictis qualitatibus dicũt᷑ aut aliquo modo aliter ab his. Ineſt autem ⁊ contrarietas ſm̄ qͦd quale eſt: vt iuſticia iniuſticie contraria eſt ⁊ albedo nigredini ⁊ alia. ſimilit᷑ autem ⁊ ea que ſm̄ eas qualia ſunt vel dicuntur ut iuſtum iuſto ⁊ album nigro: non auteꝫ in omnibus hoc eſt. rubro eniꝫ vel pallido aut huiuſmodi coloribus nihil contrarium eſt qualitatibus exiſtentibus. Amplius ſi ex contrarijs vnuꝫ fuerit quale hoc palam eſt qm̃ reliquũ erit quale proponenti ex ſingulis alia predicamẽta nã ſi eſt iuſticia iniuſticie contrariuꝫ: quale autẽ eſt iuſticia quale igitur eſt iniuſticia: nullum eniꝫ aliorum predicamentoꝝ aptabitur ĩiuſticie: nec quantitas: nec ad aliquid: nec vbi: nec omnino aliud quicquid niſi quale: ſic auteꝫ ⁊ in alijs que ſm̄ quale cõtraria ſunt. Suſcipit auteꝫ qualitas magis ⁊ minus. album enim magis ⁊ minus alterum altero dicitur: ⁊ iuſtum alterum altero magis ⁊ minus dicit᷑: ſed ⁊ ipſa crementum ſuſcipiunt: qum candidum nãqꝫ ſit amplius cõtingit candiduꝫ fieri non tamẽ omnia ſed plura Iuſticia nanqꝫ a iuſticia ſi dicatur magis ⁊ minus poteſt quilibet ambigere. ſimiliter ⁊ in alijs affectibus. quidam enim de talibus dubitant: iuſticiam nãqꝫ a iuſticia non multuꝫ aiunt magis ⁊ minus dici: nec ſanitatem a ſanitate. Minus autem alterum altero habere ſanitatem aiunt: ⁊ iuſticiam minus alterũ altero habere: ſic autem ⁊ grãmaticaꝫ ⁊ alios affectus: ſed tñ ea que ſm̄ eos affectus dicuntur indubitanter recipiũt magis ⁊ minus. grãmaticior enim alterum altero dicitur: ⁊ iuſtior ⁊ ſanior: ſimiliter ⁊ in alijs.

Triangulus vͦ ⁊ quadrangulus non videt᷑

magis ⁊ minus ſuſcipere nec alique aliaruꝫ figurarum. Quecunqꝫ enim diffinitionem trianguli ſuſcipiunt ⁊ circuli omnia ſimiliter trianguli vel circuli ſunt. Eorum v̓o que non recipiunt nihil magis alterum altero dicitur. nihil eniꝫ quadratuꝫ magis qꝫ parte altera longior forma circulus eſt: nullum enim ipſoruꝫ recipit circuli rationem. Simpliciter autem vtrunqꝫ non recipiunt huius propoſiti ratōnem non dicetur alterū altero magis. Non ergo omnia qualia recipiūt magis ⁊ minus: horum itaqꝫ que predicta ſunt nihil eſt proprium qualitatis. Similia v̓o ⁊ diſſimilia ſm̄ ſolas dicuntur qualitates. Simile enim alteruꝫ alteri non eſt ſm̄ aliud niſi ſm̄ illud ꝙ quale eſt: quare propriū erit qualitatis ſm̄ eaꝫ ſimile ⁊ diſſimile dici. At v̓o non decet conturbari nequis nos dicat de qualitate propoſitōnem facientes multa de relatiuis interpoſuiſſe habitus enim ⁊ diſpoſitiones horuꝫ que ad aliquid ſunt eſſe dicebamus: pene eni in omnibus talibus genera ad aliquid dicuntur: nihil auteꝫ eoꝝ que ſingula ſunt. Nam qum diſciplina genus ſit hoc ipſuꝫ qď eſt alterius dicitur: alicuius enim diſciplina dicit̄. Eoꝝ v̓o que ſingula ſunt nihil ipſum qď eſt alterius dicitur: ut grāmatica non dicitur alicuius grāmatica: nec muſica alicuius muſica: ſed forte ſm̄ genus hec ad aliquid dicūtur: ut grāmatica dicitur alicuius diſciplina non alicuius grāmatica: ⁊ muſica alicuius diſciplina nō alicuius muſica. Quapropter que per ſe quidem ſingularia ſunt non ſunt ad aliquid: dicimur eniꝫ ſm̄ ſingulas quales hec enim ⁊ habemus: ſcientes eniꝫ dicimur ꝙ habemus ſingulas ſcientias: quare hec erūt ⁊ qualitates que ſingularia ſunt ſm̄ quas quales dicimur: hec autē non erunt eorum que ſunt ad aliquid. Amplius ſi contingat hoc ipſum quale ⁊ relatiuum eſſe nihil eſt inconueniens in vtriſqꝫ hec generibus enumerare.

Diuiſio quinta. Sermo in agere ⁊ pati.

Ecipit autē facere ⁊ pati contrarietates ⁊ magis ⁊ minus. calefacere eniꝫ ⁊ frigidum facere cōtraria ſunt: ⁊ calefieri ⁊ frigiduꝫ fieri. delectari ac contriſtari: quare recipit contrarietatē ſm̄ magis ⁊ minus. calefacere eniꝫ dicitur magis ⁊ minꝰ: ⁊ calefiri magis ⁊ minus. Recipit enim magis ⁊ minꝰ facere ⁊ pati. de his itaqꝫ tanta dicantur.

Diuiſio ſexta.

Sermo in predicamento poſitionis.

Ictum eſt auteꝫ ⁊ de ſitu eſſe in his que ad aliquid ſunt. denomiatiue enim a poſitionibus dicuntur. De reliquis autem quando ⁊ vbi ⁊ habere eo ꝙ manifeſta ſunt nihil de his qꝫ quideꝫ in pricipio dictum eſt: quia habere quid ſignat calciatum eſſe: vbi autem in loco: quando ut heri. Sed alia de his que dicta ſunt: de propoſitis itaqꝫ generibus ſufficiant.

Pars tertia. Sermo in oppoſitis.

Notiēs ſolet opponi dicendum eſt. Dicitur autem alterum alteri opponi quadrupliciter: aut ut ad aliqd: aut ut cōtraria: aut ut habitus ⁊ priuatio: aut ut affirmatio ⁊ negatio. Opponitur auteꝫ vnūquodqꝫ iſtorū ut ſit ſigillatim dicere ut relatiua: ut duplum dimidio. ut contraria: ut malo bonum: ut ſm̄ priuationem ⁊ habituꝫ: ut cecitas viſui: ut affirmatio ⁊ negatio: ut ſedet ⁊ non ſedet. Quecunqꝫ igitur ut relatiua opponūtur ea ipſa que ſūt oppoſitorum dicunt̄ aut quomodolibet aliter ad ea: ut duplum ipſum qď eſt alterius dicitur. alicuius enim duplum dicitur: ſed ⁊ diſciplina diſciplinato tanqꝫ relatiuaꝫ oppoſita eſt. ⁊ dicitur diſciplina hoc ipſuꝫ qď eſt diſciplinati: ſed diſciplinatum hoc ipſum qď eſt ad oppoſitum dicit̄ ideſt ad diſciplinam: diſciplinatum eniꝫ alıqueꝫ dicimus diſciplinatum diſciplina. Quecunqꝫ ergo oppoſita ſunt tanqꝫ ad aliquid ipſa quidem ſunt aliorum dicuntur: aut quomodocūqꝫ ad ſe inuicem. Illa vero que ſunt vt cōtraria ipſa quideꝫ que ſunt nullo modo ad inuicem dicunt̄ contraria v̓o ſibi inuicem dicunt̄: neqꝫ enim bonū mali dicitur bonuꝫ ſed contrarium: nec albū nigri album ſed contrariuꝫ: quare differunt a ſe inuicem he opiniones. Quecunqꝫ ergo talium contrarioruꝫ ſunt ut in quibus nata ſunt fieri ⁊ de quibus predicantur neceſſarium ſit alterum ipſorum ineſſe nihil horum eſt medium. Quorum v̓o non neceſſarium eſt alterum ineſſe horum omniuꝫ aliquid eſt medium omnino: ut languor ⁊ ſanitas in corpore aīmalis natura habent fieri: ⁊ neceſſariū eſt alteruꝫ eſſe animalis in corpore vel languorem vel ſanitateꝫ. Sed ⁊ par ⁊ impar de numero predicantur: ⁊ neceſſariū eſt alterum in numero eſſe aut abundans aut perfectum. ⁊ nihil eſt in medio eorum neqꝫ inter lan-

guorem ⁊ ſanitatem : neqꝫ inter abundantem ⁊
perfectum. Quorum vero non eſt neceſſarium al
terum ineſſe eorum eſt aliquid medium: ut nigrū
⁊ album in corpore: nam habent fieri ⁊ non eſt
neceſſarium alterum horum eſſe in corpore. non
enim omne corpus aut albū aut nigru eſt . Sed
prauū ⁊ ſtudioſum predicantur quidem de ho-
mine ⁊ de aliȷs multis: ſed non eſt neceſſariū al-
terum hoꝝ ineſſe illis de quibus predicant̄. non
enī omnia vel praua vel ſtudioſa ſūt: ſed eſt hoꝝ
medium. albi quidem ⁊ nigri fuſcum ⁊ pallidum
quicūqꝫ aliȷ ſunt colores. praui v̊o ⁊ ſtudioſi qḋ
neqꝫ prauū neqꝫ ſtudioſū eſt. In aliq̄bus itaqꝫ
noīa poſita his que media ſūt: ut albi nigri fuſcū
⁊ pallidū: in aliq̄bus aūt noīa quidē medio aſſi
gnare idoneū non eſt: ſed p̄ vtrorūqꝫ ſūmoꝝ ne-
gationē qḋ mediū eſt determinat: ut neqꝫ bonū
neqꝫ malū neqꝫ iuſtū neqꝫ iniuſtū. Priuatio
aūt ⁊ habitus dr̄ q̄dem que habēt fieri circa idem
aliq̄d: ut viſio ⁊ cecitas circa oculū. vniuerſaliter
aūt dicere eſt in quo naſcit̄ habit⁹ fieri: circa hoc
idē dr̄ vtrunqꝫ horū ordine. Priuari autem
tūc dicimus vnūquodqꝫ ſuſceptibiliū habitus
qn̄ ad id qḋ natū eſt habere nullo modo habet.
Edentulū enī dicimus nō qui nō habet den-
tes: nec cecū qui non habet viſū ſed qn̄ q̄ debuit
habere nō habet. quedam enī generatōes neqꝫ
dētes neqꝫ viſū hn̄t ſꝫ n̄ dicūt̄ edētule neqꝫ cece.
Priuari vero ⁊ habere habitū nō eſt habit⁹
⁊ priuatio. habitus enī eſt viſus : priuatio vero
cecitas eſt. habere viſum non eſt viſus: nec cecum
eſſe cecitas. priuatio v̊ero quedam eſt cecitas
cecum v̊ero eſſe priuari ⁊ non priuatio eſt.
Nam ſi idē eſſet cecitas ⁊ cecū eſſe vtrunqꝫ de
eodē predicaret̄: nunc v̊o minime: ſed cecus dicit̄
hō: cecitas v̊o nullo mō dicit̄. Oppoſita v̊o
etiā hec vident̄ eſſe idē priuari ⁊ habitū habere
tanq̄ꝫ priuatio ⁊ habitus. Modus enī oppoſi-
tōnis idē eſt: nā ſicut cecitas viſui oppoſita eſt ſic
cecū eſſe ad viſum habere oppoſitū eſt. Non
eſt autē neqꝫ id qḋ ſub affirmatōne ⁊ negatione
iacet affirmatō ⁊ negatio. affirmatio nāqꝫ oratō
eſt affirmatiua: ⁊ negatio oratio negatiua. horum
v̊o que ſub affirmatiōe ⁊ negatiōe ſunt nulla eſt
oratio. Cōcedāt̄ aūt etiā hec eſſe oppoſita alter-
utris tanq̄ꝫ affirmatio ⁊ negatio: nā in his mōis
oppoſitionis eſt idē. Si enī affirmatio verſus ne
gationē oppoſita eſt: ut qui ſedet ei qui nō ſedet
ſic ⁊ res que ſub v̊troqꝫ poſite ſunt: ſedere ⁊ non
ſedere. Qm̄ autē priuatio ⁊ habitus non ſic
opponunt̄ ut ad aliquid manifeſtū eſt neqꝫ enim
dicit̄ viſus hoc ipſū qḋ eſt oppoſiti. viſus enī nō
eſt cecitatis viſus: nec alio vllo modo ad ipſū dr̄
ſimiliter aūt neqꝫ cecitas dicit̄ viſionis cecitas ſꝫ
priuatio quidē viſionis cecitas dr̄: cecitas v̊o vi
ſiōis nō dicit̄. Amplius ad aliq̄d v̊o oīa recipro
ca dicunt̄: quare ⁊ cecitas ſi eſſet eoꝝ q̄ ad aliq̄d
ſunt vtiqꝫ et cōuerteret̄ ad illud ad qḋ dicit̄: ſed
nō conuertit̄: neqꝫ enī v̊iſus dicit̄ cecitatis viſus.
Qm̄ aūt neqꝫ ut contraria opponunt̄ ea que
ſm̄ priuatōnē ⁊ habitū dicunt̄ ex his manifeſtū
eſt. Quoꝝ enī cōtrarioꝝ nihil ē mediū neceſſe ē
in quibus nata ſunt fieri aut de q̄bus p̄dicantur
alterū ipſoꝝ ineſſe ſemper. hoꝝ enī nihil erit me-
diū quoꝝ alteꝝ neceſſariū erat ineſſe ſuſceptibili
ut languorē ⁊ ſanitatē ⁊ abundantē ⁊ perfectum.
Quoꝝ v̊o aliquid eſt mediū nunq̄ꝫ neceſſitas ē
omni ſuſceptibili icē alterum. neqꝫ enī neceſſe eſt
omni ſuſceptibili candidū uel nigrū eſſe: neqꝫ fri
gidū neqꝫ calidū. hoꝝ enim mediū aliquid nihil
prohibet eſſe. hoꝝ enī erat aliquid mediū quoꝝ
non erat neceſſariū alterū ineſſe ſuſceptibili p̄ter
illa ſubiecta quibus naturaliter vnū ineſt: ut igni
calidū eſſe ⁊ niui candidū. In his aūt determia-
te neceſſariū eſt alterū ineſſe ⁊ nō alterutꝝ cōtin-
git. non enī poſſibile eſt ignē frigidū eſſe neqꝫ ni-
uem nigrā. Quare omni quidē ſuſceptibili non
ē neceſſariū eoꝝ ineſſe ſed ſolis quibus natura-
liter vnū ineſt ⁊ in his determinate vnū non al-
terutrum contingit. In priuatione v̊o ⁊ habi-
tu nihil horū que dicta ſunt verū eſt: neqꝫ enim
ſemper ſuſceptibili neceſſariū eſt alteꝝ ineſſe eoꝝ
Qḋ enim nondū naturā habet ad videndū neqꝫ
cecū neqꝫ viſum habens dicit̄. Ideoqꝫ nō erunt
hec taliū contrarioꝝ quoꝝ nihil eſt medium ſed
neqꝫ quoꝝ eſt mediū: neceſſariū enī eſt omni ſu-
ſceptibili alterū iſtoꝝ ineſſe. Quādo enī iam na-
tum fuerit ad habendū viſionē aut cecum aut ha
bens viſionē dicit̄ ⁊ hoꝝ non determinate alteꝝ
ſed alterutrū contingit. In contrariȷs autem
quibus mediū eſt nūq̄ꝫ neceſſariū fuit omni ſu-
ſceptibili alterū ineſſe: ſed quibuſdā ⁊ his deter-
minate vnū. vnde palā eſt ꝙ ſm̄ neutrū modum
tanq̄ꝫ contraria oppoſita ſunt hec que ſm̄ priua
tionē ⁊ habitum opponuntur. Amplius in
cōtrariȷs quidē exiſtente ſuſceptibili poſſibile eſt

in alterutrũ fieri mutationẽ niſi alterũ alteri natu
raliter inſit: ut igni calidũ eſſe. nãqꝫ poſſibile eſt
ꝙ ſanũ eſt languere: ⁊ candidũ nigrum fieri: ⁊ ex
ſtudioſo prauũ ⁊ ex prauo ſtudioſum poſſibile
eſt fieri. prauus enĩ ad meliores exercitatiões de-
ductus ⁊ ad doctrinã ⁊ ad modicum aliud ꝓfi-
ciet ut melior ſit. Si ṽo ſemper vel modicuꝫ cre
mentũ ſumpſerit palam eſt ꝙ aut perfecte muta
bitur aut ſatis multũ crementuꝫ ſumet. Si enim
bene mobilior ad virtutẽ fiat: vel quodcũqꝫ cre-
mentũ ſumpſerit a principio ex hoc enim etiam
veriſimile eſt amplius eum ſumere crementuꝫ ⁊
hoc dum ſemper fit. perfecte in cõtrariũ habituꝫ
reſtituetur niſi forte tempore ſuſpenſuꝫ ſit. Verũ
in priuatiõe ⁊ habitu impoſſibile eſt mutationẽ
in alterũ fieri: ſed ex habitu in priuationẽ fit mu
tatio: a priuatione ṽo in habituꝫ impoſſibile eſt.
neqꝫ enĩ cecus factus rurſus videt: neqꝫ qum eẽt
caluus rurſus comptus eſt factus: nec qum eſſet
ſine dentibus dentes iterum orti ſunt. Que-
cunqꝫ vero tanq̃ꝫ affirmatio et negatio oppoſi-
ta ſunt: palam eſt ꝙ nullo predictorum modo-
rũ oppoſita ſũt. In ſolis enĩ iſtis neceſſariũ ẽ ſẽp
aliud quidẽ eorũ uerũ aliud autem falſũ eẽ: neqꝫ
enĩ cõtrarijs neceſſariũ ẽ ſemp alterũ uerũ eſſe: al
terũ uero falſũ. neqꝫ in his que ſũt ad aliud: neqꝫ
in habitu ⁊ priuatione: ut ſanitas et languor cõ-
traria ſunt ⁊ neutrum neqꝫ verũ neqꝫ falſum eſt.
Similiter autem ⁊ duplum ⁊ dimidiũ tanq̃ꝫ re-
latiua oppoſita ſunt ⁊ non eſt eorum alteruꝫ nec
verum neqꝫ falſum ſed neqꝫ ea que ſm̄ priuatio
nem ⁊ habitum dicuntur ſicut viſio ⁊ cecitas.
Omnino autem eorum que ſm̄ complexioneꝫ
nullã dicunt̃ nihil neqꝫ veꝝ neqꝫ falſũ ẽ. Porro
aũt oĩa que dicta ſunt ſine complexione dicunt̃.

Sed maxime uidebitur hoc tale contingere
in his que ſm̄ complexionem contraria dicun-
tur. Sanum nanqꝫ eſſe ſocratem ad languere ſo
cratem contrariũ eſt: ſed neqꝫ in his alterũ ſem-
per uerũ: alterum autem falſũ eẽ contingit. cũ. n.
ſocrates ſit erit illud quidem uerũ illud uero fal-
ſum: cum uero non ſit ambo falſa ſunt. neqꝫ eniꝫ
languere neqꝫ ſanum eſſe uerum eſt cum non ſit
ipſe ſocrates omnino. In priuatione uero et ha
bitu cum non ſit neutrum uerũ eſt. cũ uero ſit nõ
erit alterum uerum. habere nanqꝫ uiſum ſocra-
tem ad id quod eſt ſocratem cecũ eſſe oppoſitũ
eſt ſicut priuatio et habitus: et cum ſit neceſſariũ
non eſt alterum uerum vel falſum eſſe: cum eniꝫ
nondũ natus eſt utraqꝫ falſa ſunt et uiſum eũ ha
bere et cecum eſſe. In affirmatiõe uero et ne-
gatione ſemper ſiue ſit ſiue non ſit: aliud quidem
uerum erit aliud uero falſum. languere nanqꝫ ſo
cratem et non languere ſocratem cum ipſe ſit pa
lam ẽ quia alterum eorum uerum alterum uero
falſum eſt. et cum non ſit ſimiliter: languere enim
cum non ſit, falſum eſt non languere autem verũ
Quare in his ſolis proprium erit ſemper alte-
rum eorum uerum alterum falſum eſſe quecũqꝫ
tanquã affirmatio et negatio oppoſita ſunt.

Contrarium autem eſt bono quidem ex neceſ
ſitate malum: hoc autem palam ẽ per ſingulorũ
inductionem: vt ſanitati languor et iuſticie iniu-
ſticia et fortitudini debilitas: ſilr̃ autem et in alijs
malo autẽ aliqñ bonum quidem eſt contrariũ:
aliqñ aũt malũ malo. egeſtati enĩ qũ ſit malũ ſu
perabundantia contraria eſt qũ etiã ipſa ſit ma-
lum: ſed in paucis hoc tale quilibet inſpiciet: in
pluribus ṽo ſemper malo bonũ cõtrarium eſt.
Amplius contrarioꝝ nõ neceſſariũ eſt ſi alterũ
ſit ⁊ reliquũ eſſe. Sanis nãqꝫ oibus ſanitas quiđ
erit: languor ṽo non erit: ſimiliter autem quꝫ oẽs
albi ſint albedo quidẽ erit: nigredo ṽo non erit.
Amplius ſi ſocratẽ eſſe ſanũ ad id qđ eſt ſolũ lan
guere contrariũ eſt qum non ſit poſſibile vtrũqꝫ
eidẽ ineſſe ſimul non erit poſſibile quꝫ alterũ cõ
trariũ ſit ⁊ reliquũ eſſe: quꝫ enĩ ſit ſocrates ſanuꝫ
eſſe non erit languere ſocratẽ. Palã ṽo eſt ꝙ
circa idẽ aut ſpecie aut genere natura habẽt fieri
cõtraria. languor itaqꝫ ⁊ ſanitas in corpore aĩal̃
natura habent fieri. albedo autẽ ⁊ nigredo ſim-
pliciter in corpore: iuſticia ṽo in aĩa ⁊ iniuſticia.

Neceſſariũ eſt autẽ oĩa cõtraria vel in eodem
genere eſſe vel in cõtrarijs generibus eſſe vel ipſa
genera eſſe. albũ enĩ vel nigrũ in eodẽ genere ſũt
color enĩ genus eoꝝ eſt: iuſticia ṽo ⁊ iniuſticia ĩ
cõtrarijs generibꝰ. huius enĩ virtus huius auteꝫ
nequitia genus eſt. bonũ ṽo ⁊ malũ non ſunt in
genere ſed ipſa ſunt genera aliquoꝝ exiſtentia.

Pars ſecunda. Sermo in priore.

Rius autẽ alteꝝ altero dr̃ quadrupliciṫ
Primo quidẽ ⁊ proprie ſm̄ tempus ſꝫ
qđ. ſ. antiquius alterũ altero ⁊ ſenius dr̃
in eo enĩ qđ tempus amplius eſt ⁊ antiquius ⁊
ſenius dicit̃. Secundo aũt qđ non cõuertit̃ ſꝫ
ſubſiſtẽdi cõſequẽtiã: ut vnus duobus prior eſt.
duobus enĩ exiſtẽtibus mox cõſequens eſt vnũ

eſſe: vno exiſtente non eſt neceſſarium duo eſſe. Jccirco non cõuertit ab vno cõſequẽtia ut ſit reliquũ: prius autẽ videt illud eſſe a quo non conuertit in eo qꝺ eſt eſſe cõſequẽtia. Tertio vͦ ſm ordinẽ quendã prius dr̃ queadmodũ ⁊ in diſciplinis ⁊ orationibus: nã ⁊ in demõſtratiuis diſciplinis eſt prius ⁊ poſteriꝰ per ordinẽ. elementa enĩ in geometria priora ſunt his que diſtribuũt per ordinẽ: ſed in grãmatica elemẽta priora ſunt ſyllabis: ⁊ in orationibus ſimiliter proemiũ ṗus eſt narratiõe per ordinẽ. Amplius ſupra ea que dicta: qꝺ melius eſt ⁊ honorabilius ṗus naturaliter eſſe videt. Conſueuerunt enĩ ⁊ plurimi honorabiliores ⁊ magis a ſe dilectos priores dicere a preſide. Eſt quidẽ ⁊ pene alieniſſimus hic prioꝝ modus. modi itaqꝫ qui dicti ſunt de priore iſti ſunt. Videt autem preter eos qui dicti ſunt alter eſſe prioris modus. Eoꝝ enĩ que conuertunt ſm eſſentie cõſequentiã ꝙ alteꝝ alterius quolibet mõ cauſa eſt. digne prius natura videt quia vͦ ſunt quedã huiuſmodi palã ẽ eſſe nãqꝫ hominẽ cõuertit ſm eſſentie cõſequẽtiã ad verã orationẽ de ſe. nã ſi eſt hõ vera eſt oratio qua dr̃ hõ eſt: ⁊ hõ conuertit quia eſt. ⁊ ſi vera eſt oratio qua dicit quia homo eſt cõſequit eſſe hominez. Eſt autẽ quidẽ vera oratio nequaqꝫ cauſa ut ſit res: verũ tñ videt quodãmõ res cauſa ut ſit orõ vera. dũ enĩ res ẽ vel nõ eſt vera oratio aut falſa dicet neceſſe eſt. Jdeoqꝫ ſꝫ quinqꝫ modos ṗus alterũ altero dicit.

Sermo in ſimul.

Jmul autẽ dicunt ſimpliciter ⁊ proprie quidẽ quorum generatio eſt in eodem tempore neutrumenim neqꝫ prius neqꝫ poſterius eſt eorum. Simul itaqꝫ hec dicunt ſm idẽ tempus.

Naturaliter aũt ſimul ſunt quecũqꝫ cõuertũt quidẽ ſm qꝺ eſt eſſe ꝯſequentiã: ſed nequaqꝫ cã eſt alterũ alteri ut ſit: ut in duplo ⁊ dimidio: conuertunt eteni hec. nam quz ſit duplũ eſt dimidiũ ⁊ qum ſit dimidiũ eſt duplũ: ſed neutrũ alteri cã eſt ut ſit. Dicunt autẽ ſimul naturaliter ⁊ que ex eodẽ genere e diuerſo diuidunt a ſe inuicẽ. E diuerſo autẽ diuidunt que ſm eandẽ diuiſionez ſunt: ut greſſibile volatile ⁊ aquatile. hec enim e diuerſo diuidunt que ſunt ex eodẽ genere ſm diuiſionẽ. animal nãqꝫ diuiditur in hoc in volatile ⁊ greſſibile ⁊ in aquatile: ⁊ nihil horũ prius vel poſterius eſt: ſed ſimul per naturã hec eſſe videt

Diuiditur aũt ⁊ ſingulũ hoꝝ in ſpeciẽ rurſus ut greſſibile animal ⁊ volatile ⁊ aquatile. erunt ergo ⁊ illa ſimul naturaliter quecũqꝫ ex eodem genere ſm eandẽ diuiſionẽ ſunt: genera vͦ ſemp priora ſunt: neqꝫ enĩ conuertuntur ſm ꝙ eſt eſſe cõſequentiaz: ut qũ ſit aliquid aquatile quidẽ eſt animal: qũ vͦ ſit aĩal non eſt neceſſe ut ſit aquatile. Simul ergo per naturã dicunt quecũqꝫ cõuertunt quidẽ ſm qꝺ eſt eſſe cõſequentiã: ſed nequaqꝫ quidẽ cauſa eſt alterũ alteri ut ſit: ⁊ ea que ex eodẽ genere ⁊ diuerſo diuidunt ab inuicez: ⁊ ſimpliciter ſimul ſunt quoꝝ generatio in eodem tempore eſt.

Sermo in motu.

Otus autẽ ſpecies ſunt ſex: generatio: corruptio: augmentũ: diminutio: alteratio: ſm locũ mutatio: alij nanqꝫ motus palam eſt: quia alij ab inuicẽ ſunt non eſt generatio corruptio neqꝫ augmẽtũ: nec diminutio nec alteratio neqꝫ ſm locũ mutatio: ſimiliter autez ⁊ in alijs. Jn alteratiõe vͦ habet quandã queſtionẽ ne forte neceſſariũ ſit id qꝺ eſt alterat per aliquẽ motionẽ alterari: hoc autẽ non eſt veruz. nã pene ſm omnes paſſiões aut plures alterari accidit nulla aliarũ motionũ cõicante. neqꝫ enĩ augeri neceſſariũ eſt qꝺ per paſſionez mouet: neqꝫ minui: ſimiliter autem ⁊ in alijs. Jdeoqꝫ erit alia preter illos motus alteratio. nam ſi eadem eſſet oporteret id quia alterat mox vel augeri vel minui: vel per quandã aliaꝝ cõſequentiã motionũ fieri: ſed non eſt neceſſe. ſimiliter autẽ ⁊ qꝺ auget aut alia mutatione mouet alterari oportebat.

Sed ſunt quedã creſcentia que non alterant ut quadrangulum compoſito gnomone: creuir quidem alteratuz vͦ nihil factum eſt: ſic ⁊ in alijs huiuſmodi: quare alij ſunt motus ad inuicem.

Eſt autem ſimpliciter quidẽ motui quies cõtrariuz. His autem que per ſingula ſunt generationi quidem corruptio: augmentationi quidez diminutio: ſm locum vͦ mutationi quies: maxime autem videtur oppoſitum eſſe ⁊ forte in contrarium locum mutatio: ut que eſt inferius ei que eſt ſuperius: ⁊ ea que eſt ſuperius ei que ẽ inferius. Reliquũ vͦ aſſignatorum motuũ non facile aſſignare quidem contrarium. videt autem neqꝫ aliquid ei eſſe contrarium niſi quis ⁊ in hoc ſm qualitatem quietem opponat: aut in contrarium qualitatis mutationem ſicut ⁊ in mutationẽ ſm locũ quietẽ aut in contrariũ locũ mutationẽ. Eſt. n. alteratio ſꝫ qualitatẽ mutatio.

Quapropter oppoſita erit ſm qualitatē mutationis quies aut in contrariū mutatio qualitatis:ut albū fieri ad id quod eſt nigrū fieri:alterat enim in contrariū qualitatis mutatiōe facta.

Sermo in habere.

Abere autē multis modis dicit:aut enim tanq̄ꝫ habitū ⁊ affectū; aut aliā qualibet qualitatē.dicimus eni diſciplinā habere atqꝫ virtutē aut quantitatē:cōtingit ei qui habꝫ magnitudineꝫ.dicitur enim bicubitū aut ea que circa corpus ſunt:ut veſtimentū vel tunicaꝫ: aut in membro ut in manu annulū: aut membrū ut manū uel pedem:aut in vaſe ut in modio grana tritici:aut in lagena vinum.vinū enim habere lagena dicit:⁊ modius grana tritici. hec ergo oia habere dicuntur:aut in vaſe: aut in poſſeſſione: habere eni domū aut agrū dicimur: aut etiā vir vxorem habere aut vxor virum. Sed videt alienissimus qui nunc dictus eſt modus eſſe in eo quod eſt habere. nihil enim aliud vxorem habere ſignificamus niſi quia cohabitāt. Forte tamē ⁊ alij quidem apparebunt modi de eo quod eſt habere. Sed qui cōſueuerūt dici penes omnes numerati ſunt.

Commentum Auerois ſuper librum predicamentorum Ariſtotelis.

Ntentio in hoc ſermone eſt explanare ſententias cōtentas in libris Ariſ. in arte logice ⁊ acquirere eas ſm poſſe ⁊ vſum noſtrū In reliquis libris eius incipiētes a primo libro eius i hac arte qḋ eſt liber predicamentoꝝ. Et dicemus ꝙ liber iſte diuidit in tres partes. Prima eſt ſicut proemiū in qua primo ponit de quibus tractare intendit in hoc libro:nam cōprehendit res pertinentes eis que vult dicere ſicut principia ſuppoſita ⁊ diffinitiones. In ſecūda narrauit ꝑdicamēta.x.ſigillatiꝫ deſcribendo vnūquodqꝫ ipſoꝝ propria deſcriptiōe eius:⁊ diuidendo in ſpecies ſuas probabiles:⁊ dando proprietates ſuas probabiles. In tertia v̇o docet cōſequentias ⁊ accidentia cōmunia omniū predicamētoꝝ vel pluriū in eo ꝙ predicant. In prima parte ſunt capl'a quinqꝫ. In quoꝝ primo narrat diſpoſitiones quaſdam entiū in eo ꝙ ſignificant per dictiones. In ſcḋo narrat quid eſt ſubſtantia ⁊ accidens ſm ſpeculationem huius artis.ſ.vniuerſalis ſubſtātia ⁊ ſingularis: ⁊ v̇niuerſale accidens ⁊ ſingulare. In tertio docet ꝙ predicatuꝫ qn̄ predicatur de ſubiecto notificando ſubſtantiam eius ⁊ de illo predicato predicatur aliud predicatū notificans ſubſtantiam eius: tunc hoc vltimū predicatuꝫ denotat ſubſtantiam ſubiecti primi. In quarto narrat que genera poſſunt cōmunicare in differentijs diuidentibus ⁊ que non poſſunt illud. In quinto affert diuiſionem entiū ſingularium in decem predicamenta:exemplificat huius ⁊ docet ꝙ affirmatio ⁊ negatio non ſequunt etiam ſingularia ſignificata per dictiones ſimplices:imo ſequunt compoſita ſignificata per dictiones compoſitas.

Capitulū.j.prime partis.

Quiuoca dicuntur ea quoꝝ nomina ſunt cōia idest equiuoca ſunt quibus non inuenitur aliquid cōmune ⁊ aſſociabile niſi nomen tm̄: ſed diffinitio cuiuſcunqꝫ eorum declarans ſubſtantiam eius ſm ꝙ ſignificat illud nomē cōmune eius diuerſificatur a diffinitōne alterius ⁊ propria diffinitio ⁊ nomē animalis predicati de homine picto ⁊ de homine rationabili.nam diffinitiones eoꝝ ſunt diuerſe ⁊ non inuenit in eis aliqḋ cōmune ⁊ aſſociabile niſi nomen tm̄ qḋ eſt animal. Ea autem quoꝝ nomina ſunt vniuoca ſunt quoꝝ nomē eſt idem ⁊ cōmune ⁊ diffinitio declarans ſubſtantiā eoꝝ ſm ſignificationē illius nomis eſt etiam eadem:ut aial predicat de homie ⁊ de equo:qm̄ nomen aialis eſt cōmune eis ⁊ ſignificat eadem ſubiecta.i. corpus nutribile ſenſibile: qm̄ eſt diffinitō aialis. Denomiatiua autē ſunt que appellant nomine ſententie que eſt in eis: ſed nomina eoruꝫ ſunt diuerſa a nomie illius ſententie in caſu quia cōprehendunt ſubiectū illius ſententie cum ipſa:ut fortis a fortitudine ⁊ facundus a facundia.ſententiarū autem ſignificataꝝ per dictōes:quedā ſunt ſimplices:ut homo ⁊ equ9 quedā cōpoſite ſignificate per cōpoſitas dictiones: ut hō eſt uel equus currit.

Capitulū.2.

Oruꝫ que ſunt quedam predicant de ſubiecto ⁊ ſunt in ſubiecto.ſ. que denotant de omni quo ꝑ-

dicantur ſubſtantiam ⁊ quidditatem eius: ⁊ non denotant oio aliquid ꝙ ſubſtantiā eius: ⁊ hec eſt ſubſtātia vniuerſalis: ut aial ⁊ hō: qm̄ qum predicantur de aliquo notificant ſubſtantiā ⁊ quidditatem eius non oio extra qddítatē. Quedā vo ſunt in ſubiecto. ſ. non ſicut pars eius ⁊ nō poſſunt eſſe ſine ſubiecto neqꝫ predicant de ſubiecto omnino. ſ. in eo qòquideſt: ⁊ hoc eſt accidēs ſingulare demonſtratū: ut hec nigredo demonſtrata: ⁊ hec albedo exiſtens in corpore demonſtrato: qm̄ omnis color eſt in corpore. Quedā aūt predicant de ſubiecto ⁊ ſunt in ſubiecto ſcilꝫ predicant de duobus: de vno cuius notificat quidditatem eius: de alio vo non: quia ſunt pars ſubſtantie illius cuius denotant quidditatē: ſed non ſunt pars illius ſubſtantie cuius non notificant quidditatem: ſed eſſe eoꝝ eſt ſubiectū: ⁊ hoc eſt accidēs vniuerſale ut predicatio ſciētie de aia ⁊ de grāmatica: nam grāmatica eſt ſcientia: ⁊ ſcientia eſt in aia. qum autē predicatur de grāmatica denotat ſubſtantiā eius: qm̄ eſt genus cōueniens ut reſpondeatur ad quid eſt grāmatica. qum autē predicat de anima ⁊ dr̄ eſſe in aia ſcientia denotat aliquid extra ſubſtantiā eius. Quedā autē non p̄dicant de ſubiecto oio. ſ. predicatione denotāte ſubſtantiā eius: neqꝫ ſunt in ſubiecto. ſ. quia nō predicantur de ſubiecto denotando aliquid extra ſubſtātiam eius: ⁊ hoc eſt ſubſtantia ſingularis demonſtrata: ut ſor. ⁊ pla. que non predicant de aliquo naturaliter predicatione denotante ſubſtantiā ſubiecti: neqꝫ predicatione non denotante ipſum: ergo ſubſtantia tam communis ꝙ ſingularis eſt id quod non eſt in ſubiecto omnino. indiuiduū tam accidens ꝙ ſubſtantia eſt id quod non dicitur de ſubiecto. deinde diuerſificantur vniuerſalis ſubſtantia a ſingulari eius: quia vniuerſalis dicitur de ſubiecto: ſingularis vo non.

## Capitulū. 3.

Uādo autē predicat aliquid de ſubiecto predicatione denotante ſubſtantiā eiuſdē: tamē predicat de illo predicato alind predicatū denotans etiā ſubſtantiā eius ipſuꝫ etiam denotat ſubſtantiā illius ſubiecti cuius denotauit predicatū primū: ut homo quꝫ predicat de ſor. ⁊ pla. denotat ſubſtantiā eoꝝ: ⁊ de homie predicat predicatum ſecundū denotans ſubſtantiā eius ut aial: tunc neceſſarium eſt ut denotet ſubſtantiā ſor. ⁊ pla. quoꝝ denotauit homo.

## Capitulū. 4.

Enera diuerſa ⁊ nō ſubiecta poſita ordinata alia ſub alijs. ſ. non ſubalternata differentias habent diuerſas in ſpecie: ut differentie diuidētes aial: ſicut greſſibile ⁊ volatile uel aquatile alie ſunt ꝙ differentie diuidētes ſcientiā. nam aial eſt ſub genere ſubſtantie: ſcientia vo ſub generē qualitatis: qualitas autē ⁊ ſubſtantia ſunt genera ſuprema non poſita alia ſub alijs: genera autē ſubalterna nihil prohibet opinari differentias ipſoꝝ eſſe eiuſdem ſpeciei: ut aial quod diuidit per aquatile ⁊ ſilueſtre ⁊ diuidit per ea nutribile: aial aūt ordinatur ſub nutribili. Cauſa autē huius eſt ꝙ differentie diuidentes genus ſupremū non predicant de quolibet generū exiſtentiuꝫ ſub genere ſupremo: ⁊ differentie diuidentes genus ſupremuꝫ non conſtituentes genera ſubiecta exiſtentia ſub eadē neceſſitate diuidunt illā ſicut genus ſupremum.

## Capitulū. 5.

Jctiones vo ſimplices ſignificantes ſimplicē intellectū ex neceſſitate ſignificant vnā. x. rerum. ſ. aut ſubſtantiā: aut quantitatē: aut qualitatē: aut ad aliquid: aut vbi: aut quando: aut ſituꝫ: aut habere: aut agere: aut pati. Subſtantiā ut homo ⁊ equus: quantitatē bicubituꝫ tricubitū: qualitatē ut album ⁊ ſcientia: ad aliquid ut duplū ⁊ dimidiū: vbi ut de domo: quando ut heri: ſitum ut iacens ſedens: habere ut calciamentū aut armentū: agere ut vrere ⁊ ſecare: pati ſecari ⁊ vri. Singula autē iſtoꝝ nō ſignificantur per affirmationē neqꝫ per negationē. quādo autē cōponuntur tunc accidit affirmatio ⁊ negatio: ſicut dicimus hec eſt quantitas: hec non eſt quātitas. ⁊ quꝫ affirmatio ⁊ negatio ſunt: veritas intrat ⁊ falſitas. Sententie autē ſimplices non recipiunt veritatē neqꝫ falſitatem: ut homo per ſe ⁊ album per ſe: niſi qum cōponuntur: ut homo eſt albus. poſſibile eni ē ut hic ſermo ſit verus vel falſus: ergo cum cōpoſitione accidit affirmatio ⁊ negatio ⁊ veritas ⁊ falſitas.

## Pars ſecunda.

T hec pars diuidit in ſex diuiſiones. Jn prima diuiſione rememorat predicamenti ſubſtātie. in ſecunda predicamēti quantitatis. in tertia predicamenti poſitionis ⁊ qn̄ ⁊ vbi ⁊ habere.

**Diuiſio prima.** Et huius diuiſionis. xiiij. ſunt dr̄e Jn prima docet ꝙ ſubſtātia eſt duoꝝ modoꝝ: prima. ſ. ⁊ ſcda: ⁊ memorat vniuſcuiuſqꝫ ipſaꝝ. Jn ſcda docet quid ſint ipſe ſubſtantie ſcde. Jn tertia inſtruit ꝙ ſubſtantiaruꝫ ſcdaruꝫ ⁊ ſunt ille que dicunt de ſubiecto: ſemper propriū eſt ꝙ nomē ipſarū ⁊ diffinitio eaꝝ predicatur de ſubiecto ipſaruꝫ: ⁊ ꝙ illud non inuenit in illis que ſunt in ſubiecto que dicuntur accidentia. Jn quarta docet ꝙ omne qd̄ eſt poſt ſubſtantiā primā indiget in eſſe ſuo ſubſtātia prima Jn quinta docet ꝙ ſpecies ex ſubſtantijs ſcdis dignior eſt ut ſit ſubſtantia ꝙ genus: ⁊ ſubſtantie prime que ſunt indiuidua digniores ſunt in hoc ꝙ ſpecies: ⁊ ꝙ cauſa in hoc eſt quaſi ſimilis. ſ. in hoc ꝙ ſit indiuiduū dignius nomine ſubſtantie ꝙ ſpecies: ⁊ ſpecies ꝙ genus. Jn ſexta inſtruit ꝙ ſubſtantiaꝝ ſecundaꝝ que ſunt in ordine vno non eſt vna dignior ut ſit ſubſtantia ꝙ alia: ⁊ ſic etiā primarum.

In ſeptima docet modū ſm quem digne ſunt ſpecies in/
uente in hoc predicamento ⁊ genera ut nominent ſubſtā/
tie ſecūde ⁊ ſunt predicata de ſubiecto abſqꝫ predicatis in
ſubiecto que ſunt accidentia: ⁊ faciet ſm quā docet ut in/
diuidua nominent ſubſtantie prime. In octaua deſignat
ſubſtantiā abſolute ſingularis aut vniuerſalis: ⁊ affert in
ea proprietates ſeꝑantes inter ſubſtantias ſcđas ⁊ accidē
tia abſolute. In nona docet ꝙ in iſtis proprietatibus qb⁹
differunt ſubſtantie ſcđe ⁊ accidentia cōmunicant cuꝫ eis
differentie. In decima docet ꝙ omnes ſubſtantie ⁊ diffe/
rentie ſunt ex vniuocis. In vndecima rememoratur ſimi/
litudinis que eſtimat occultari vel cōicari ſubſtantie ſcđe
per primas: ⁊ ꝙ ſunt ſpeciei vnius. In duodecima docet
ꝙ vere propriū eſt ex proprietatibus huius predicamenti
ꝙ non habet contrariū: ⁊ ꝙ in hac proprietate non cōi/
cat ei aliquod predicamētoꝝ alioꝝ. In tredecima docet
ꝙ ex proprietatibus huius predicamēti eſt ꝙ non recipit
minus neqꝫ plus ⁊ ꝙ alia predicamenta recipiunt ea. In
quartadecima docet ꝙ dignior proprietatū predicamēti
ſubſtantie eſt ꝙ recipit contraria: ⁊ diſputat ad hoc ⁊ ſol/
uit dubitationem accidentē in hoc.

Sermo in ſubſtātia: Differentia prima dixit.
Et ſubſtantiarū duo ſunt modi: prime ⁊ ſecunde.
Subſtantia nāqꝫ diſpoſita ꝙ eſt prima ⁊ ipſa ē di
cta ſubſtantia ſm veritatem ⁊ anterioritatē eſt ſingulare
ſubſtantie cuius preceſſit deſignatio. ſ. ꝙ non dicit de ſub/
iecto neqꝫ eſt in ſubiecto. U.g. hō cui innuit hic: ⁊ equus
cui innuitur hic.

Differentia ſecunda. Ille nanqꝫ in quibus dicitur
ꝙ ipſe ſunt ſubſtantie ſcđe ſunt ſpecies in quibus inueni/
unt ſingularia ſm modū ſimilitudinis inuentionis partis
in toto: ⁊ genera harum ſpecierū etiam. U.g. quia ſor. cui
innuit ꝙ eſt in ſpecie eius. ſ. in homine: ⁊ homo in genere
ſuo qđ eſt aīal: ergo ſor. cui innuit eſt ſubſtantia prima: ⁊
homo predicatuꝫ de ipſo ⁊ animal ambo ſunt ſubſtan/
tie ſecunde.

Differentia tertia. Et manifeſtū eſt ex eo quod di
ctum eſt in proemio huius libri ꝙ eoꝝ que dicuntur de
ſubiecto ⁊ ſunt ſubſtantie ſcđe iam opus eſt neceſſario no
mina ⁊ diffinitionē predicari de illo ſubiecto. U.g. quia
nomē hoīs dicitur vere de ſor. cui innuit ⁊ ſimiliter eius
diffinitio: quia nos dicimus de ſor. quia ipſe eſt homo: ⁊
dicimus de eo ꝙ eſt aīal rationale qđ eſt diffinitio homis
Uere que dicunt in ſubiecto ⁊ ſunt accidentia ſm pluri/
mū non predicantur de ſubiecto cui innuitur nomē neqꝫ
diffinitio. U.g. albedo: ipſa nanqꝫ non predicatur de cor/
pore: ut dicat corpus eſt albedo: neqꝫ diffinitio eius: ut di
catur ꝙ corpus eſt color diſgregans viſum accidit autem
iam in aliquo ſubiectoꝝ ut predicet nomen abſqꝫ diffini
tiōe. U.g. ſermo noſter in lingua arabica de rabarim mi
nus eſt percuſſio eris impialis: ſed diffinitiōe percuſſionis
non predicatur de rabari ſed conſignificatur ſuper illum:
per nomina denominata iam vere dicuntur de ſubiecto
nomia ipſoꝝ ⁊ diffinitōnes: ſed diffinitio non predicatur
de ſubiecto predicatione demonſtrante ſubſtantiaꝫ eius
ſicut predicantur diffinitiones ſubſtantiarū de ipſis ſub/
iectis. U.g. quia album eſt in ſubiecto. i. in corpore: ⁊ cor/
pus iam diſponit per ipſum ⁊ predicatur de ipſo ⁊ dicit
ꝙ ipſuꝫ corpus eſt albū: diffinitio vō albi non predicat pe
nitus de corpe ex parte qua mōſtrat ſbam ipſius.

Differentia quarta. Et omne quod eſt preter ſub/
ſtantias primas que ſunt ſingularia: aut eſt ex eo ſm ꝙ
dicitur de ſubiecto: aut ex eo ꝙ eſt in ſubiecto: ⁊ illud eſt
manifeſtum per inquiſitionem ⁊ inductionem: ſcilꝫ ipſa
indigere ſubiecto. U.g. qr animal nempe vere predicat de
homine propter vere ipſū dici de homine quodā cui īnui
tur: quia niſi verificaretur de aliq̄ ſingularium homine:
non verificaret predicatio eius de homine qui eſt ſpecies:
⁊ ſimilit ſpecies coloris quippe verificat predicatio in cor/
pore propter inuentionē eius in corpore aliquo cui innuit
neceſſe eſt ergo ꝙ illud quod eſt preter ſubſtantiam ꝓmaꝫ
aut dicatur de ipſa aut in ipſa ſit. i. de ſubſtantia ꝓma aut
in ipſa. ⁊ poſtq̄ illud eſt ita ſi non inueniatur ſubſtantia ꝓ
ma non eſt via ad inuentionē ex ſubſtantijs ſecundis neqꝫ
ex accidentibus.

Differentia quinta dixit: Et ſubſtantiarum ſecun
daꝝ ſpecies digniores ſunt nominari ſubſtantie q̄ genera
quia propinquiores ſubſtantijs primis ſunt q̄ genera: q̄a
qum rñdetur per vnūquodqꝫ ipſoꝝ duoꝝ quid eſt ſingu
lare qđ eſt ſubſtantia prima: reſponſio cōueniēs eſt ex vi
queſtionis in eo ꝙ quid eſt: reſponſio per ſpeciē ad queſtio
nem per quid eſt cōpletioris doctrine ſignificans: ⁊ ſingula
re enim innuitur fortius ⁊ cōueniens ei q̄ ꝙ eſt reſponſio
per genus illius. U.g. reſponſio reſpondētis ad queſtioneꝫ
quid eſt ſor. ꝙ eſt hō eſt cōpletius docens ſortē q̄ ꝙ reſpō/
deatur ꝙ eſt aīal: qm̄ humanitas ſor. eſt magis proprium
q̄ aīalitas: ⁊ ita cōmune diſpoſitio ipſius eſt proprij: ⁊ ita
hoc eſt vnū quo apparet ꝙ ſpecies digniores ſunt nomine
ſubſtantialitatis q̄ genera. ⁊ ſignum aliud etiam eſt quia
exquo ſubſtantia predicatur ſic quippe nomine ſimiliter ⁊
differentie illis inuenitur dignior ſubſtantijs ſcđis ⁊ accidē
tibus: propterea cetere reꝝ: aut predicantur de ipſis: aut
ſunt ī ipſis. Et eſt diſpoſitio geneꝝ apud ſpecies ipa diſpo
ſitio omniū rerum apud ſubſtantias primas. ſ. quia ſubſtā
tie prime ſunt ſubſtātiales ceteris rebus: ſicut ſpecies ē ſub
ſtantialior generibus: quia genera predicantur etiam de
ipſis ſpeciebus: ſic relique rerum predicantur de ſubſtātijs
⁊ non conuertitur res vt predicentur ſpecies de generibus

ſicut non conuertitur res in reliquis rerum ⁊ predicatione
vel cum ſubſtantijs primis.ſ.quia non predicantur ſubſtā
tie de eis opus eſt neceſſario vt ſint ſpecies digniores noie
ſubſtantie ꝙ̃ genera.

**Differentia ſexta.** Et nanqȝ ſpecierum que nō ſūt
genera: vna non eſt dignior noie ſubſtantie ꝙ̃ alia: poſtꝙ̃
non ē reſponſio tua de ſoꝛ. ꝙ eſt homo fortius ꝙ̃ rn̄ſio tua
de hoc: equus cui non innuit ꝙ ē equus: ⁊ iſti nō ē p̄marū
ſubſtantiaꝝ dignior nomine ſubſtantialitatis ꝙ̃ hic equus
cui innuitur ꝙ eſt equus.

**Differētia ſeptia.** Et nāqȝ ſpecies ſubſtantiarū pri
marum ⁊ genera eaꝝ dicuntur ſubſtantie ſcōe preter alia
que predicant in eis ex eo ꝙ ipſi rn̄dent de aliqua earum
reſponſione quia eſt ſubſtantia prima: eſt reſponſio docēs
ipſum ꝙ̃uis ſit reſponſio per ſpeciem docens fortius. ſed
qum reſpondetur i illa per illud qđ eſt preter hoc eſt reſpō
ſio non ſequens neqȝ proportionata queſtioni. U.g. quia
ſi reſponderi homo in reſponſione quid eſt ſoꝛ. ꝙ eſt hō ē
fortius docens ꝙ̃ ꝙ eſt aīal: nam qum queritur de ſoꝛ. q̇d
eſt: conuenientius aſſignat homo ꝙ̃ aīal: ꝙ̃uis ſint ambo
docentes quidditatem eius: ſicut ſi reſpondet ꝙ eſt albus
aut bicubitus iam erit reſponſio per rem extra naturā ab
eo ⁊ rem extra exiſtentem a natura ipſius: neceſſario ergo
eſt vt dicantur he ſubſtantie ſecunde preter alia ex reliq̇s
predicamentis. ⁊ hoc eſt vnum ex quo apparet quare ap
propriantur ſpeciebus ſubſtantiarum primarū ⁊ generibꝰ
ipſoꝝ nominis ſubſtantie preter alia predicamenta ſua. ⁊
iam apparet per hoc etiā ꝙ ꝓportio ſubſtantiarum pri
marum ad reliquas res eſt proportio ſpecierum ſubſtātia
rum ⁊ generum ipſaruȝ ad ea que ſunt preter ipſa.ſ.alioꝝ
vniuerſalium predicamentorum: ⁊ ē ſicut cetere res oēs in
ueniuntur in eis quēadmodum diximus: ſic cetera vniuer
ſalia predicamentorū inueniūtur in ſubſtantijs ſcōis.ſ. q̇a
vniuerſalia eoꝝ inueniunt in vniuerſalibus ſuis: ſicut ſin
gularia ipſoꝝ inueniūtur in ſubſtantijs primis. U.g. quia
grāmatica īuenit in hoie ⁊ bicubitū in corpore.

**Differentia octaua.** Et illud quo cōicare oēs ſub
ſtantie ſingulares ſimiliter ⁊ vniuerſales eſt ꝙ non īueniūt
in ſubiecto. Et illud eſt qum ſubſtantiarū duo ſunt modi
prime ⁊ ſcōe. prime nāqȝ ſicut dictū ē non ſunt in ſubiecto
⁊ non de ſubiecto ⁊ non ſūt in ſubiecto: ⁊ ꝓpter hoc iam
p̄dicat nomen ipſaꝝ ⁊ diffinitio de ſubiecto: ſcōe vero de
ſubiecto ⁊ nō in ſubiecto: ergo ꝙ ꝯcludit duos modos eſt
ꝙ non ſunt in ſubiecto.

**Differētia nona** dixit: Et iā diximus ꝙ illud quo
appropriant ſubſtantie ſcōe ē ꝙ dicunt de ſubiecto ⁊ non
ſūt i ſubiecto: qum ꝓpter hoc iam predicatur nomen ipſa
rum ⁊ diffinitio de ſubiecto ſm ꝙ dicunt de ſubiecto: ⁊ ꝙ
ꝗ̄ ſunt in ſubiecto iam accidit vt dicatur in quibuſdam no
mina ipſoꝝ quia ſunt de ſubiecto: ſed diffinitiones ipſorū
non niſi quia hoc quod inuenitur ex illa his ſubſtantijs
ſecundis non eſt proprium eis ꝙ differentia ē eoꝝ ꝗ dicūt
de ſubiecto ⁊ non ſunt in ſubiecto. U.g. quia rationale dr̄
qm̄ ipſū dicit de homine non in eo ꝙ eſt non inuentum in
eo ſic inuenitur albedo in corpore. demum iam inueniunt
differentie etiam ꝙ vere dicitur nomen equus ⁊ diffinitio
de ſubiecto ſicut inuenit illud in ſubſtantijs ſcōis: qm̄ rati
onale ⁊ diffinitio eius que eſt tangens in ſpeculatiōe ⁊ co
gnitione predicantur de homine ex via quiđ neqȝ eſt dicē
ti ꝙ faciat nos errare in ſermone: qm̄ rationale ⁊ vniuer
ſaliter differentie inueniuntur in ſubiecto: ⁊ ſunt res quo
rum ſunt differentie: ſicut inuenitur rationale in homine
ſic accidentia inueniuntur in ſubiecto: ſicut inuenitur albe
do in corpore: rationale etiam inuenitur in ſubiecto.ſ. in
homine ſicut pars eius ⁊ non eſt res ita in albedine cū cor
pore: ⁊ ideo eſt opus vt intelligatur ex ſermone noſtro in
deſcriptione accidentium ꝙ ipſa ſunt que dicuntur de ſub
iecto ⁊ ſunt in ſubiecto: ꝙ ipſa ſint in ipſo non ſicut pars
eius.ſ. quia ſubiectum inuenit preter ea.

**Differentia decima** dixit: Ex eo ꝙ appropriatur
ſubſtātijs ſcōis cū differētijs ē qꝛ oē qđ p̄dicat ex eis p̄dica
tur nēpe p̄dicatōe vniuocaꝝ: ⁊ illud quia eſtimo qđ p̄di
cat ex eis ſiue p̄dicat de idiuiduis ſiue de ſpeciebus qū nō
predicant ſubſtātie p̄me de aliquo penitus. ſpecies nanqȝ
predicatur de ſingularibus ſicut homo de ſoꝛ. ⁊ genera p̄
dicantur de ſpeciebus ⁊ ſingularibus. De ſubſtantijs nāqȝ
primis iam neceſſe eſt vt predicent diffinitiones ſpecierum
ſuarū ⁊ generū ſuoꝝ ſicut predicant de eis nomina ipſarū
De ſpeciebus nempe manifeſtū eſt: ſed de generibꝰ ipſaꝝ
pȝ ex eo qđ p̄ceſſit: ⁊ illud eſt quia genus dicitur de ſpecie
⁊ ſpecies de ſubſtantia prima que eſt ſingulare. iam nomē
dictū eſt ꝙ omne quod dicit de predicato dicto đ ſubiecto
ipſum dicitur etiam de ipſo ſubiecto: ⁊ hec eſt diffinitio
generis cum ſpecie ⁊ ſingulari: ⁊ ita predicantur diffinitio
nes differētiaꝝ de ſingularibꝰ ⁊ ſpeciebus. Et poſtꝙ̃ hoc
ē ⁊ iā dictū ē ꝙ res q̇ꝝ noia ſūt vniuoca ſūt quoꝝ nomen
⁊ diffinitio ē vna ⁊ eadē: neceſſe eſt ergo vt ſit ex proprijs
differentiaꝝ ⁊ reꝝ ꝗ ſūt i hoc predicamēto ꝙ p̄dicatio eo
rum de oībus de quibus predicant ſit ſm viam p̄dicatōis
rerū vniuocaꝝ i noie ſuo non ſm viam denominatiuarū
nominibus ſuis.

**Differentia vndecima** dixit: Jāqȝ putat ꝙ omnis
v̄ba q̇ppe ſignificet ſup v̄bam cuius innuit que eſt ſingulare
De ſubſtantijs nāqȝ primis eſt manifeſta ꝙ ipſe ſignificant
ſuper ſingularia quibus innuitur: qm̄ quod ſignificatur ex
nominibus ipſoꝝ ſuper ipſa eſt res vna numero: ⁊ ſubſtā
tiarum ſecundarum iam eſtimantur ꝙ noia ſignificātia ſu
per ipa d'pi aſſimilationem ipſorum nominibꝰ ſingulariū

aut ꝓpter cooperationē ipſoruꝫ loco nominū ſingulariū ſignificāt ſuper illud cui innuitur accidat quꝫ ſit ſubiectū huius nomīs non vnuꝫ ⁊ eidem ſicut nomīs ſignificantis ſignificationē ſuam ſupra ſubſtantiam primaꝫ. ⁊ illud eſt quia ſor. ⁊ pla. ſignificant ſuper illud cui innuit tm̄: ſed hō ⁊ animal ⁊ vniuerſaliter genus ⁊ ſpecies ſignificant quidē ſuper multa: ſed ipſa cuꝫ hoc ſeꝑant illa vniuoce ab alijs que ſunt extra ſe non ſeꝑatiōe qua eſt ſingulare vel nota tm̄: ſicut ſeꝑat albam rem diſpoſitam per ipſuꝫ ſeꝑatione in ſubſtantia rei. Species nāqꝫ ⁊ genus ponunt ad differenduꝫ predicatū in ſubſtantia ſua ab aliquo niſi quia genus eſt magis includens ꝙ̄ ſpecies: ⁊ illud eſt quia nomē aīalis includit illud ſuper quod ſignificat nomen homīs ⁊ quꝫ ſit aīal genus hominis.

Differentia duodecima: dixit: Et ex proprijs predicamenti ſubſtantie eſt ꝙ non habet contrariū: quia nō inuenit homini nec aīali contrariū proprie. verum in hoc proprio cōmunicant ei preter ipſuꝫ ex predicamentis. U. g. in quantitate. non enī inuenit bicubito neqꝫ deceꝫ neqꝫ alicui currenti hoc curſu contrariū niſi dicatur ꝙ paucū in quantitate eſt contrariū magno: ⁊ magnum paruo: ſed ſpecies quantitatis diſcrete manifeſtuꝫ eſt ex re ipſaruꝫ ꝙ non ſunt contrarie: ut quinqꝫ ⁊ tria ⁊ decem.

Differentia tertiadecima: dixit: Et ex proprijs ſubſtantie eſt ꝙ non recipit plus neqꝫ minus: neqꝫ volo ꝙ non ſit ſubſtantia dignior ut inuenit ſubſtantia ꝙ̄ alia ſubſtantia: quia illud iam poſuimus quꝫ dicimus ꝙ particularia ſunt ſubſtātie digniores ſubſtantialitate ꝙ̄ vniuerſalia eoꝝ: ſed volo ꝙ non predicant ſpecies ex ea neqꝫ genus de ſingulari magis predicatione ipſius de ſingulari alio: neqꝫ predicantur de ipſo magis in vno tempore ꝙ̄ in alio tempore ſor. eniꝫ non eſt magis aīal ꝙ̄ pla. neqꝫ ſor. eſt magis animal hodie ꝙ̄ cras: ſed hec res alba erit intēſioris albedinis ꝙ̄ alia: ⁊ ſor. erit magis albus hodie ꝙ̄ heri.

Differentia quartadecima: dixit: Janqꝫ putat ꝙ maxime propriū ſubſtantie eſt ꝙ vna ⁊ eadem numero in ſeipſa eſt ſuſceptibilis albedinis ⁊ nigredinis neqꝫ accidentia vna ⁊ eadeꝫ recipit laudem ⁊ vituperiū: ⁊ ita currit res in alijs predicamentis que ſubſtantia non ſunt: ſed ſubſtantia vna quippe ⁊ eadem inuenit receptibilis contrariorum. U. g. quia ſor. cui innuitur nomine erit nunc iuſtus nunc impius: nunc calens: nunc frigens. ianqꝫ ſequentur in hac inductione dico quedam propter orationē ⁊ putationeꝫ: ⁊ illud eſt quia iam putatur ꝙ ambo recipiant contraria: ⁊ illud eſt quia oratio ⁊ putatio in hoc ꝙ ſor. eſt ſtans ſunt vere: eteniꝫ qum ſedet ſunt falſe: iam ergo inuenit oratio vna ⁊ eadem recipiens verum ⁊ falſū ſcilꝫ ambo contraria: ⁊ ſi hoc concedat ꝙ ipſa eſt recipiēs contraria: tamē inter duo dicta eſt differentia ⁊ illud eſt ꝙ receptibile contrarioꝝ in ſubſtantia quippe recipit ea in hoc ꝙ tranſmutant in ſeipſa ⁊ dimittit vnuꝫ contrarioꝝ ⁊ recipit aliud: ſed oratō quidem ⁊ putatio non recipiunt verum ⁊ falſuꝫ per tranſmutationē in ſe ipſis ſed per mutationem rei a qua dependet putatio extra intellectuꝫ in re ipſa. U. g. quia putatio ꝙ ſor. ſedet recipit quandā veritatem qum ſor. ſedet: ⁊ falſitateꝫ qum ſtat ſor. Erit ergo proprium ſubſtantie ſm̄ conceſſuꝫ ꝙ hec ſit receptiua cōtrariorum ꝙ ipſa eſt que recipit contraria per motum in ſe ipſa. Et dignius eſt ut dicamus ꝙ hoc non eſt receptio contrarioruꝫ: ⁊ illud eſt quia oratio ⁊ pūtatio quꝫ diſponunt nunc per veritatem nunc per falſitatem non diſponunt per illas ſuper hoc ꝙ veritas ſit aliquid renouatum in eis per ſe: ⁊ falſitas aliud in tempore alio: ſicut renouat albedo in ſor. in tempore aliquo per ſe: ⁊ nigredo in tēpe alio. ſed veritas quidem ⁊ falſitas in oratōne ſunt relatio quedam ⁊ proportio ſequentes imutationē rei in qua eſt putatio vel oratio: ⁊ non renouationeꝫ alicuius rei per ſe Et poſtꝙ̄ illud eſt ita iam eſt opus ꝙ ſit proprium ſubſtātie ꝙ vna ⁊ eadem numero ſit ſuſceptibilis contrarioruꝫ. Et hoc ē ad quod peruenit ſermo illius vltimus in ſba.

## Diuiſio ſecunda partis ſecunde.

## Sermo in quantitate.

Uod dicit in hoc predicamento cōprehenditur ſeptem differentijs. Jn prima docet diffinitiōes quātitatis magnas que ſunt diſcreta ⁊ cōtinua: ⁊ habens poſitionē ⁊ non habens. Jn ſecūda docet quot de generibus quantitatis famoſis intrat ſub continua: ⁊ quot eoꝝ ſub diſcreta. Jn tertia docet quot hoꝝ generuꝫ eſt intrans ſub poſitione: ⁊ quot ipſoꝝ eſt nō intrans ſub eadem. Jn quarta inſtruit ꝙ ſeptem numerata ex generibus quantitatis ſunt genera inuenta famoſa quantitatis per ſe: ⁊ ꝙ alia que putant ꝙ ſint quantitates conſequunt illa ex parte inuentionis generum in eis. Jn quinta docet ꝙ de proprijs quantitatis eſt ꝙ non eſt ei contrariū: ⁊ ſoluit dubitationes quibus putatur ꝙ inueniant contraria in ea. Jn ſexta docet ꝙ de proprijs quantitatis etiam eſt ꝙ non recipit magis ⁊ minus ſicut eſt diſpoſitio in ſubſtātia. Jn ſeptima docet ꝙ vere propriuꝫ quantitatis in quo nō cōmunicat aliquod aliud ab ea eſt equale ⁊ inequale.

Differnetia prima: dixit: Et quantitatis eſt continua ⁊ diſcreta: ⁊ ipſius eſt cuius partes habent poſitionem apud alias: ⁊ ipſius eſt cuius partes non habent poſitionem.

Differentia ſecunda: dixit: Et diſcrete ſunt due: numerus ⁊ oratio. Cōtinue vero quīqꝫ: ut linea: ſuperficies: ⁊ corpus: ⁊ comprehendit ea ⁊ eſt tempus ⁊ locus. Et numerus quideꝫ eſt ex quantitate diſcreta: qm̄ quantitas diſcreta eſt in qua non poteſt fieri ut accipiamus terminū cōmunem ad quem continent partes ipſius. ſ. vna

cum alia. V.g. quinqꝫ ⁊ quinqꝫ ad decem non cōtinuant̄ quia ſunt partes eius alie ⁊ ex numero: neqꝫ tria que ſunt in eis cum ſeptez: ſed omnes partes eius. ſ. decem ſunt diſcrete vna ab alia. De oratione autem manifeſtum eſt ex re ipſius quia quantitatis qm̄ menſurantur partes ipſius illud eſt minus quo poſſibile eſt loqui: ⁊ illud eſt inciſo extenſa ut longa ⁊ breui ſicut. a. ⁊ ipſa etiam eſt diſcreta: qm̄ non inueniatur in partibus ſuis terminus cōmunis continuans viaz aliȷ̄ ⁊ illud eſt quia inciſiōes ſunt diſcrete vna ſcilꝫ ab alia. Linea autem ⁊ ſuperficies ⁊ corpus ⁊ tempus ⁊ locus ſunt ex quantitate continua: qm̄ poſſibile eſt in vnaquaqꝫ earum eis cōmunis terminus continuans vnā partium eius alteri. In linea eſt punctus: in ſuperficie linea: in corpore ſuperficies: in tempore numerus. Et illud eſt quia partes linee cōtinuantur puncto: ⁊ ſuperficiei partes linee: ⁊ in ſuperficie partes corporis: ⁊ in tempore cōtinuantur partes que ſunt preteritū ⁊ futurum: ⁊ loco cui ſint partes: implentes quidem cōtinuantur termino cōmuni neceſſe eſt ꝙ partes loci ſint etiam continuate termino communi. ⁊ ſi hoc eſt ita eſt ergo ex ſubſtantia continua.

Differentia tertia: dixit: Et quantitas quidez que eſt ſtans ex quibuſdam partibus habentibus poſitionez vna apud aliam eſt linea: ſuperficies: corpus: ⁊ locus. Et intentio ut ſit partibus quibuſdam poſitio apud quaſdā eſt ut ſint omnes partes eius inuente ſimul: quia quꝫ ipſe non ſint ſimul non erit vni parti poſitio apud quandam aliam: ⁊ ꝙ ſit ut quācunqꝫ partez acceperis inuenias eam in parte terminatā illius partis quātitatis ſiue ſupra ſiue ſubtus: ⁊ continuā cum parte determinata ipſius. V.g. quia omnes linee qum ſint inuēte ſimul eſt poſitio vnius apud aliam: ⁊ vnaqueqꝫ ipſaruz eſt in parte determinata ⁊ continuat̄ parti determinate ⁊ eſt pars quam ſequitur ⁊ ſic eſt diſpoſitio in partibus ſuperficiei ⁊ partibus corporis ⁊ partibus loci: qm̄ partes loci ſunt inuente ſicut partes corporis qđ implet locu ſuū ſi non ſit locus vacuitas: ipſa autez ſuperficies eſt cōplectens corpus extra ſicut videt̄ Ariſ. Sed numeri quidem partibus non inuenitur vnū iſtorum trium. ſ. ꝙ ſint ſimul ⁊ ꝙ ſit vnaqueqꝫ earū in parte determinata ⁊ cōtinua parti determinate. Et illa diſpoſitio eſt in tempore ⁊ oratione. ſ. ꝙ non inueniuntur partes eoꝝ ſimul qum ſint partes temporis ⁊ partes oratōnis quibus non inuenit̄ fixio ⁊ non conſequit̄ prior anteriorem: ſed in partibus quidez temporis ⁊ in partibus numeri ordo quidem eſt: nam quoddaz tempis precedit quoddam eius quod poſterius fit. Et in numero: nā duo ſunt prius q̄ tria: ſed ꝙ ſit eis poſitio non.

Differenia quarta: dixit: Et iſta genera prima ex generibus quātitatis ſunt ſm̄ veritatem ⁊ maxime quātitas dicuntur: quia quantitas per accidens ⁊ ſecundario eſt mediante vno iſtoꝝ de quibus dicimus ꝙ quantitas ſm̄ veritatem. V.g. quia nos dicimus ꝙ in iſta albedine cuius innuitur manifeſtum eſt magna propterea quia eſt in ſuperficie magna: ⁊ ita quidem dicitur in actione ꝙ eſt longa ꝓpterea quia ipſa eſt in tempore longo. Et hoc apparet ex eo ꝙ ſi queratur quantū eſt hoc album: dicitur trium brachioꝝ aut quatuor: determinatur ergo ⁊ menſuratur: ⁊ album menſurat̄ per applicationem ad ſuperficiē que eſt tria brachia vel decem. ⁊ ſimiliter actio dicit̄ eſſe vnius diei qui vno die durauit: determinatur ergo ⁊ menſurat̄ tempore: ⁊ ſi hec eſſent quantitas per ſe menſurarentur ſe ipſis.

Differentia quinta: dixit: Et ex proprijs quantitatis eſt ꝙ non eis contrariū penitus ſiue ſit continua ſiue diſcreta: quandoqꝫ nanqꝫ tribus non ſunt contraria reꝝ ita linea ſuperficies. neqꝫ poteſt vere dici ꝙ paruū ⁊ multum ſint quantitates contrarie diſcrete: neqꝫ magnum ⁊ paruū ſint quantitates continue contrarie per duas res: quarum vna eſt ꝙ non ſunt paucum ⁊ multuz quantitates ſed relationes: neqꝫ magnuz ⁊ paruuz: ⁊ illud eſt quia quantitas eſt inuenta per ſe magnuz ⁊ paruuz: multuz ⁊ paucum dicuntur in relatione ad aliud. ⁊ propter hoc eſt poſſibile ut in vno ⁊ eodem ſint magnū ⁊ paruuz: paucū ⁊ multum: magnū in relatione ad aliud: ⁊ paruū in relatione ad aliud. dicimus eniz in monte ꝙ eſt paruus: ⁊ de ſiſamo ꝙ eſt magnū cum paruitate ſiſami ⁊ magnitudine montis. Et ſi eſſet aliquid paruuz aut magnuz in ſe ipſo aut per hoc ꝙ ſit diſpoſitio ſtans in ſe ipſo per ſe ſicut albedo que eſt in corpore: non diſponeretur mons aliquo modo per paruū ⁊ ſiſamuz per magnuz: ⁊ hoc eſt vnum quomō apparet ꝙ quantitati non eſt contrariuz. ſ. ex ꝑte qua hec ſunt ex alio a predicamento quantitatis. Janqꝫ apparet ꝙ magnū ⁊ paruuz non ſunt contraria ſiue poſuerimus ea ex predicamento quantitatis ſiue non poſuerimus. Et illud eſt quia non intelligitur per ſe ſed intelligitur quidem in cōparatione ad aliud. vnde non eſt poſſibile ut ei aliquid ſit contrariū: ⁊ illud eſt quia contraria ſunt in illa eſſentia: quoruz quedam in vltimitate longitudinis: qđ autem dicitur in relatione ad aliud ab eo nō inuenitur aliquid ſignificatio qđ ſit in vltimitate longitudinis ab eo quꝫ dicatur in relatōne ad res finitas. Significatio tertia eſt ⁊ eſt qm̄ ſi eſſet magnuz contrariū paruo inueniretur res vna recipiens contraria ſimul. res nanqꝫ eſt vna ⁊ eadem iam diſponitur per hoc ꝙ eſt magna ⁊ parua in relatione ad duas res: ergo ſi diſponit̄ per illud ſm̄ viā cōtrarietatis. ſ. ꝑ ſe ⁊ ſꝫ ꝙ diſponit̄ corpus ꝑ hoc ꝙ eſt albū ⁊ nigrū: inuenit̄ dico ꝯtraria in ſubiecto vno ⁊ nō in duabus ꝑtibus ſicut eſt poſſibile illud inuenire. Eſt ergo impoſſibile in duobus cōtrarijs ut ꝯiūgant̄ in ſubiecto vno ⁊ nō in duabus ꝑtibus ſicut eſt poſſibile illud in alijs oppo

ſitis. ⁊ iā ſi magnū eſſet ꝯtrariū ꝑuo eēt aliqd ꝯtrariū ſibi ipſi: qm̄ aliqd diſponit ꝑ hoc ꝙ ipſū eſt magnū ⁊ paruū quꝫ aut ſimul poſuerimꝰ ꝙ ſint ꝯtraria ſequit ꝙ ſint ille due diſpōnes ſtātes in ſbā rei vnius ⁊ eiuſdē ⁊ magnū ⁊ paruū ſimul. opus ḡ eſt ꝙ ſit aliqd ꝯtrariū ſibiipſi ⁊ hoc accidit in vltimitate impoſſibilitatis. Iāqꝫ manifeſtū eſt ꝙ magnū ⁊ paruū multum ⁊ paucū nō ſunt ꝯ̄ria ſiue ꝯcedamus ꝙ ſint quātitates ſiue nō. Et maius quo putat ꝙ cōtrarietas ſequit quantitatē eſt in genere eius qđ eſt locus: qꝛ locus ſupioꝛ qui eſt cōuexio orbis mutat ꝯtrarijs loco inferiori qui eſt mediū mundi.ſ.locus terre qui eſt ꝯuexuſ aque ⁊ cuiuſdā partis aeris. videnť nāqꝫ hec duo loca cōtraria poſtq̄ vnuſquiſqꝫ eoꝝ eſt in vltimo elōgatōis: vnꝰ ſ.a ſuo ꝯtrario donec nō inueniat elōgatio longioꝛ ab eo ⁊ ꝓpter apparentiā huius intētionis in eis inueniat diffinitio reliquoꝝ cōtrarioꝝ ab hoc noie: ⁊ dixerunt in diffinitiōe ipſoꝝ ꝙ ſunt illa inter que eſt elōgatio in eſſe vltimato lōgitudinis nō ſunt in genere vno. ⁊ qꝛ ipſi volunt hic elongationē: elōgationē in eſſe ⁊ nō elōgationē in ſpatio. Et ſil'e eſt qꝛ ſit cōtrarietas hec ſequēs quātitatē in eo ꝙ eſt vbi ⁊ nō in eo ꝙ eſt quantitas neqꝫ in eo ꝙ eſt aliquid: ſed ſuperius ⁊ inferius: ſed hec res ⁊ res accñs relatiōi ſicut accidit quātitati: ⁊ propter hoc nō eſt neceſſe ex hoc ut credat ꝙ ſequat relationē contrarietas.

**Differentia ſexta**: dixit: Et ex ꝓprijs quātitatis eſt ꝙ nō recipit minus neqꝫ magis. nō eni eſt hec quātitas cui innuit bicubita magis hac que eſt bicubita: neqꝫ tria magis q̄ tria: neqꝫ etiā in tpe dato ꝙ ex magis q̄ tēpus aliud niſi qꝛ in his duobus ꝓprijs cōicant quantitas ⁊ ſbā.ſ.in hoc ꝙ nō eſt eis ꝯ̄riū ⁊ in eo ꝙ non recipit minꝰ ⁊ magis.

**Differentia ſeptia**: dixit: Sed illud qđ eſt ꝓpriū ꝓprioꝝ quantitatis eſt equale ⁊ inequale: qđ non eſt ꝑter quātitatē niſi diſponit ꝑ hoc. V.g. qꝛ de qualitate non dr̄ equale neqꝫ inequale ſed dr̄ ſimile ⁊ diſſimile: ⁊ illud ē qđ dicimus ꝙ hec albedo eſt ſimilis huic albedini ⁊ diſſimil' ⁊ non dicimus ꝙ eſt equalis ⁊ inequalis niſi ꝑ accñs: erit ḡ ſup hoc magis ꝓpriū ex ꝓprijs quātitatis equale ⁊ inequale dici.

## Diuiſio tertia: Sermo in ꝑdicamēto relatōis.

Iſtud ꝑdicamentū ꝯprehendit octo differētijs. Prima eſt in deſcriptiōe rerū relatōis de nūeratione, ſm maneriē exēpli. Scđa in hoc ꝙ iā inueniť ꝯ̄rietas in relatōe. Tertia in hoc ꝙ quiddā relatōis recipit magis ⁊ minus. Quarta eſt in hoc ꝙ ex ꝓprijs relatiuoꝝ eſt ꝙ vnūquodqꝫ amboꝝ redit ꝑ conuerſiōnē quꝫ accipiunť ꝑ noīa ſua ſignificātia ſup ipſa alio ex eo ꝙ ſūt relatiua ſi cū eis eſt nomē: aut qū ponit ipſis duobus nomē qñ non eſt eis ambobꝰ nomē. Quinta in hoc ꝙ dictio relatiua eoꝝ qū accipiunť per noia ſignificātia ſuper ipſa ambo ex eo ꝙ ſunt ambo relatiua ⁊ ꝯuertibilia diſpō q̄ ſit vnūquodqꝫ amboꝝ ſuo cōpari dr̄ ſeruari a reliqs diſpōibus inuētis in ābobus relatiuis: lꝫ qūqꝫ auferunt relique diſpōnes remanet illa diſpō non aufert illa ꝓportio que ē inter illa ambo relatiua: ⁊ qū aufert illa diſpō aufert ꝓportio: ſed quꝫ accipiunť nō quidē ſm ꝙ ſunt ꝯuertibilia ⁊ ſequit quꝫ auferunt relique res que ſunt in ābobus relatiuis remanet illa diſpō q̄ ꝓportionat ei ꝙ cui cōiungit remanet ꝓportio. Sexta eſt in hoc ꝙ ex ꝓprijs relatiuoꝝ eſt ꝙ ambo inueniant ſimul ꝑ nām: ⁊ quꝫ aufert vnū amboꝝ ꝙ auferet reliqū ⁊ ſoluat ⁊ accidit ex dubio. Septia impoſitio eius in quo poſſibile ē ut dubitet ex re ſbaruꝫ vtꝝ inueniat in eis aliqd de relatiōe: ⁊ ſoluit illud dubiū in iteratiōe deſcriptōis ꝑcedētis relatōis ⁊ emēdatōis per ꝯditionē rei q̄ ꝯſequit relatiua vere: ⁊ qū ſoluit quidē deſcriptio ꝑma per ꝑncipiū apparētie ⁊ famoſitatis cuꝰ intētio ē diſcipulū: trāſlatio quidē diſcipuli ad rē certā ē leuꝰ q̄ docet ipm acquirere veritatē certā.ſ. ꝙ qū ꝯditionať in deſcriptiōe relatiuoꝝ ꝯditio qua erit ambobus deſcriptio approprians ⁊ decēs ſbam ipſoꝝ amboꝝ inuenit ꝙ ex ꝓprijs ſuis ē ꝙ quꝫ ſcit vnū amboꝝ ſcit ⁊ aliud neceſſario ⁊ ꝙ ꝑ illud oñdit ꝙ nō eſt ex ſbā aliqd qđ nūeret ex relatōne. ⁊ docet cū hoc difficultatē ſolutōis hoꝝ dubioꝝ in hoc cū facilitate dubitatōis in eis in hoc loco: ⁊ qū in illo eſt ꝙ ſpeculatio hec in ipſis eſt ſm famoſum.

**Differentia prima**: dixit: Et res relatiue ſunt q̄ꝝ qdditas ⁊ eſſe dr̄ i cōpatiōe ad aliud ſiue ꝑ ſe ſiue per cōiūctionē ē ꝓportōis: ſicut idē ⁊ ſilia. V.g. maioris eni qdditas dr̄ in cōpatiōe ad aliud: ipſū nāqꝫ eſt maius alio. Et ſilr̄ duplū eſt duplū ad aliqd: ⁊ habitus ⁊ diſpō ⁊ ſenſus ⁊ ſcia ſunt ex relatiōe: oīuꝫ nāqꝫ hoꝝ qdditas dr̄ in cōpatiōe ad rē aliā: ⁊ illud eſt qꝛ habitus eſt habitus ad aliqd ⁊ ſcia ad ſcitū: ⁊ ſenſus ad ſenſatū: ⁊ ſilr̄ magnū ⁊ paruū ambo eni ipſa dicunť in cōpatiōe: ⁊ ſimile ⁊ diſſimile. ipꝫ nāqꝫ ſimile alicui ſimile dr̄: ⁊ accubitꝰ ⁊ ſtatio ⁊ ſeſſio ſūt ex poſitiōe: ⁊ poſitio ex relatōe aliq̄ mō. iacebit nāqꝫ ⁊ ſtabit ⁊ ſedebit nō ex poſitiōe nō ſunt ex rebus denoiatis ex noibus ex poſitiōe videlꝫ que eſt in ꝑdicamēto poſitōis.

**Differentia ſecunda**: dixit: Iā ſequit res relatiuas ꝙ ſint ꝯ̄rie ⁊ exemplū illius ſunt virtus ⁊ vitiū: ſunt eniꝫ relatōis ambo q̄ ꝯ̄ria: ⁊ ſilr̄ ſcia ⁊ ignorātia vnūquodqꝫ amboꝝ ē ex relatōe: ſuntqꝫ ꝯ̄rie ambe niſi qꝛ nō inuenit hoc oibus relatiuis: duplū nāqꝫ nō habet ꝯ̄riū neqꝫ triplū.

**Differētia tertia**: dixit: Et ſilr̄ recipit qđdā relatiuoꝝ minꝰ ⁊ magis. ſimile nāqꝫ ⁊ diſſimile: ⁊ equale ⁊ inequale vnūquodqꝫ.ſ. amboꝝ eſt ex relatiuis: iāqꝫ erit ſil'e magis q̄ ſimile terminis ⁊ ſimilit̄ ineq̄le: qđdā v̄o ex ipis nō recipit illud. duplū nāqꝫ nō eſt magis aut minus duplo.

**Differentia quarta**: dixit: Et ex ꝓprijs relatiuoꝝ

eſt ꝙ vtrũqȝ ipſoꝝ redit ſuꝑ ſuũ cõpar in ꝓpoꝛtõne con-
uertendo. U.g. ſeruus eſt ſeruus dñi: ⁊ dñs eſt dñs ſerui.
duplũ eſt medietatis duplũ: ⁊ medietas ē medietas dupli
⁊ ſilr in reſiduis ſuis: ⁊ ſiue ſit nomē relatiuoꝝ mutatoꝝ
ſicut duplũ ⁊ dimidiũ: ſiue ſit vnũ eoꝝ determiatũ a ſcdo
ſicut ſcitũ ⁊ ſcia: ⁊ ſenſus ⁊ ſenſatũ: vnũqdqȝ nanqȝ iſtoꝝ
dr̃ in cõparatiõe ad illud cui ꝯiũgit̃. nāqȝ putat̃ ꝙ hec ꝓ-
prietas nõ eſt inuẽta multis reꝝ relatiuaꝝ: qũ non cõpat̃
res illi cui ꝯiungit̃ recta relatõne. i. nõ inuenit̃ vtꝝ relatio
cõparet̃ ſuo ex via qd eſt: ſed erit relatio vnius ipſoꝝ ad
aliũ ex via quid eſt. ⁊ alterius per accñs: aut erit vtriuſqȝ
ipſoꝝ ex via quid eſt. U.g. ſi referamꝰ alã plumas habẽti
ex via qd eſt: ſed habens pẽnas qũ ſit iã inuentũ illud cui
eſt ala nõ habẽs pẽnas: ꝓpoꝛtio ğ ale nõ eſt ei ex ꝑte qua
eſt habẽs pẽnas: neqȝ ꝓpoꝛtio habẽtis pẽnas ad alã eſt ei
ex ꝑte qua eſt habẽs pennas: ⁊ ꝓpterea nõ erit huiuſmõi
relatio recta. Et cõmutat̃ hoc ⁊ accipit̃ ꝓpoꝛtio recta: ⁊
dr̃ alatũ eſt alatũ ala: ⁊ redit id per ꝯuerſionẽ: ⁊ eſt ꝙ ala
eſt alati ala: ⁊ dicemꝰ pennatũ ⁊ alatũ pẽna ⁊ ala: ⁊ alapẽ
ne ⁊ alapẽnati: ⁊ ꝓpter illud quȝ nõ fuerit relationẽ recte
nomẽ ſignificãs ſuꝑ eã ex eo ꝙ ē recta: ⁊ illud qd ē ãboꝝ
relatiuis aut vni ioꝝ iã ſit notũ referẽti ut ponit vtriqȝ
ipſoꝝ nomẽ aut vni coꝝ ex eo ꝙ cõpant̃ ambo relatiua.
U.g. qꝛ remus ſi cõparet̃ barce nõ erit cõꝑatio recta: pro-
pterea qꝛ nõ ex ꝑte qua eſt barca refert̃ ei remus: qum iã
ĩueniat̃ barca cui nõ eſt remus: queãdmodũ remus qppe
refert̃ barce ex parte qua eſt remus: ⁊ ꝓpter illud: nõ re-
dit in cõuerſione ut dicat̃ ꝙ barca eſt barca remi queãd
modũ dicimꝰ ꝙ remus eſt remus barce ⁊ nõ ſequit̃ ut ſit
relatio recta ad duo extrema accepta ſm vnã diſpõeȝ a b
ambobꝰ: eſt neceſſe ut dicat̃ remus remus barce remate:
tunc eni verificat̃ ꝙ barca remata eſt barca remi: qꝛ quẽ-
admodũ remus quidẽ ē remꝰ barce: ſilr ⁊ barca de cuius
ꝓprietate ē ut ſit ei remus eſt barca remi. Et exẽplũ illius
etiã eſt quȝ cõꝑat̃ caput capitato eſt relatio equalis: ſȝ quȝ
cõꝑat̃ aiali nõ eſt eq̃lis. aiali nãqȝ nõ eſt caput ex via qua
eſt aial qũ iã inueniat̃ aial nõ habẽs caput. hec ğ via ē cõ-
paratio neceſſaria ut ãbuler ꝑ eã in eo ꝙ nõ habet nomẽ
ex relatõe videlȝ ut ponat̃ ei nomẽ ſignificãs ſuꝑ relatiua
ex ꝑte q̃ ſit relatio vtriuſqȝ equalis: ſicut diximꝰ in ala ⁊
remo. Et qũ hoc ſit ita oĩa eni relatiua quȝ accipiunt̃ ſm
rectitudinẽ ex via qua ſunt relatiua nõ ex via q̃ ſunt ſub
alio ꝑdicamẽto: inueniunt̃ habẽtia hãc ꝓprietatẽ ſemꝑ: ⁊
eſt ꝙ vtrũqȝ ipſoꝝ redit ꝑ ꝯuerſionẽ ad cõpar ſuũ: ſed qũ
refert̃ vnũ eoꝝ ad aliud ⁊ capit̃ vtrũqȝ ipſoꝝ ꝑtrãſeundo
diſpõem accidẽtẽ ex diſpõibus nõ inuẽtis in relatiuis cõſe
quẽtibus relationẽ: ⁊ nõ capiunt̃ ſm diſpõnem qua ſunt
ãbo relatiua ⁊ ꝓpoꝛtionatũ vtrũqȝ eoꝝ ad aliqd nõ re-
deunt ꝯuertibilit̃: ⁊ ſi eſt vtriſqȝ nomẽ poſitũ ex ꝑte q̃ ſũt
relatiua: multo magis q̃ illa quibꝰ nõ eſt nomẽ ſignificãs
ſuꝑ ipſa ex ꝑte qua ſunt relatiua. U.g. qꝛ ſeruus ſi nõ cõ-
parat̃ dño qd eſt nomẽ relatõis ſed cõꝑat̃ hoi bipedi ⁊ ſi-
milibus ex rebus inuẽtis in eo nõ redit ꝯuertibilit̃: qꝛ hõ
nõ eſt hõ in eo ꝙ eſt ei ſeruus: ſed dñs eſt dñs in eo ꝙ ē ei
ſeruus. ſed ſi accipiat̃ dñs loco hois redeũt cõuertibiliter
eritqȝ hec diſpõ q̃ per ſe ſequit̃ ꝓpoꝛtionẽ relatiuoꝝ qꝛ
qũ auferimus reliquas diſpões accidẽtes relatiuis qbus
erit relatio nõ equalis nõ aufert̃ ꝓpoꝛtio int̃ relatiua: ſȝ ſi
eleuabimꝰ illã diſpõem tollet̃ ꝓpoꝛtio. U.g. qꝛ ſeruus qũ
dr̃ in relatiõe ad dñm ⁊ auferimus a dño reliqs diſpões
quibꝰ poſſibile ē ꝓpoꝛtionari ſeruũ ſicut qꝛ eſt hõ ⁊ bipes
⁊ alia ⁊ auferat̃ ab eo dño ⁊ ꝓpoꝛtio quã dicit ſeruus ad
ipſuȝ tollet̃ hec ꝓpoꝛtio qꝛ nõ erit ſeruus qũ nõ erit dñs:
ꝓpoꝛtio ğ equalis ē diſpõ qua tollit̃ ꝓpoꝛtio ꝑ eius alla-
tionẽ ⁊ nõ tollit̃ ꝑ ablationẽ ⁊ nõ terminꝰ ⁊ hoc rememo
ratus tanq̃ canonẽ ad diſcernẽdũ diſpõneȝ qua erit pro-
poꝛtio equalis.

Differentia quinta: dixit: Et inuentio huius ꝓpoꝛ
tõis qua erit relatio recta eſt qũ erit nomẽ relatiuis ſigni-
ficãs ſuꝑ vtrũqȝ ex eo ꝙ eſt eis hec ꝓpoꝛtio ē facilis: ſȝ qũ
nõ erit ſuꝑ vtrũqȝ nomẽ iã erit difficile illud: ſed tunc eſt
neceſſe ꝙ inueniat̃ illa diſpõ hoc canone ⁊ renouet̃ relati-
uis nomẽ ſignificãs ſuꝑ vtrũqȝ ex eo ꝙ inuenit̃ vtriſqȝ illa
ꝓpoꝛtio.

Differentia ſexta: dixit: Jãqȝ putat̃ ꝙ ex ꝓpꝛijs re-
latiuoꝝ ē ꝙ inueniant̃ ſimul ꝑ naturã: ⁊ hoc ē euidẽs plu
rimis ipſoꝝ. duplũ nãqȝ ⁊ dimidiũ inueniunt̃ ſimul qꝛ qũ
inuenit̃ vnũ ãboꝝ inuenit̃ ⁊ aliud: ⁊ qũ aufert̃ vnũ ipoꝝ
tollit̃ aliud niſi qꝛ iã ſequit̃ in hoc dubiũ qddã ꝓpt̃ rela-
tiua. iam eni putat̃ ꝙ ſcitũ ꝑcedit ſciaȝ ꝓpterea qꝛ ſcientia
quidẽ cadit recte in pluribus rebus poſtq̃ ꝑcedit eſſe eius
qũ eſſe eius ſciuimus. ⁊ ſi eſt illud ita ⁊ nõ eſt ſcitũ vnũ pe
nitus cuius eſſe ⁊ ſcia ſint ſimul per naturã: ⁊ etiam ſcituȝ
euidenter ꝑcedit per naturã ſciam: ⁊ illud ē qꝛ qũ tollitur
ſcitũ tollit̃ ⁊ ſcia: ſed non omni aufert̃ ſcia aufert̃ ⁊ ſcitũ: ⁊
hoc eſt ſignũ prioris per naturã ſicut dicet̃ poſtea. Et ex-
emplũ illius eſt quadratũ circuli de qua inquiſiuerũt qui
ꝑceſſerunt ex geometricis ⁊ nõduȝ inuenit̃: qm̃ ⁊ ſcia eius
nõ eſt inuẽta ⁊ ſiſtit ſcibile ⁊ nõ eſt poſſibile ſciam eius in-
ueniri poſtea: ⁊ etiã hõ qũ tollit̃ tollit̃ ſcia: iãqȝ inuenitur
ſcitũ ⁊ hõ nõ inuenit̃: ⁊ hoc idẽ dubiũ ſequit̃ ſenſus ⁊ ſen
ſatũ: qm̃ iam putat̃ ꝙ ſenſibile ꝑcedit ſenſũ ꝓpterea ꝙ ſen
ſibile qũ perimit̃ perimit̃ cũ eo ſenſus: ſȝ ſi ſenſus perimit̃
nõ ſequit̃ ꝙ ſenſibile perimat̃: ⁊ illud ideo qꝛ ſenſibile nõ
inuenit̃ niſi in coꝛpoꝛe. qũ ğ tollit̃ ſenſibile tollit̃ coꝛpus ⁊
tollit̃ ſenſus ſed non per ablationẽ ſenſus tollit̃ ſenſibile:
qm̃ iam poſſibile eſt ꝙ perimat̃ aial ⁊ ſit coꝛpus ſenſibile
inuentũ ſicut coꝛpus calidũ ⁊ frigidũ: ⁊ etiã qꝛ ſenſus in-

uenit cū inuentōe aīalis: ſenſibile ergo inuenit ante inuētionē aīalis. aqua nāqꝫ ⁊ ignis ⁊ reliq̄ elemēta ex quibus eſt cōſtātia aīalis ſunt anteq̄ꝫ inueniat aīal: ꝓpter hec ergo oīa putatur ꝙ ſenſatū ꝑcedat eſſe ſenſus. Sꝫ expoſitoꝛes ſoluūt hāc dubitationē ꝑ hoc ꝙ capiunt ſenſus ⁊ ſenſatū ⁊ ſcia ⁊ ſcitū ſiue in potētia ſiue in actu inueniūt ſimul: ⁊ ſic eſt vera in eis illa ꝓpꝛietas. Sed dubiū ꝯſequit quꝫ capitur vnū ipſoꝝ in potētia ⁊ aliud in actu: ſed poſtq̄ꝫ fuit intētio que eſt in potētia nō famoſa diſtulit ſolutionē huiꝰ dubitatōis ad locū aliū ꝓpterea qꝛ ipſe loquitur hic in iſtis rebus ſcḋm locum famoſum.

Differentia ſeptima: dixit: Ex eo in quo eſt locus dubitatiōis eſt vtꝝ in ſubſtātia ſit aliq̄d qḋ ſit ſubſtantia ad aliq̄d: ⁊ hec dubitatio accidit i q̄buſdā ſubſtātijs ſcḋis ſed in pꝛimis quidē nō accidit ⁊ illud eſt qꝛ videt ꝙ nō dicat in aliq̄ ipſoꝝ ut ſit relatiuū: neqꝫ totū neqꝫ pars: quia nō dr̄ in hoc hoīe cui innuit ꝙ eſt hō ad aliq̄d: ⁊ ſimilit̄ ē diſpō in pte cui innuit qꝛ non dr̄ manus quedā cui innuit ꝙ ſit manus hoīs cuiuſdā aut equi cuiuſdā: ſed dr̄ manꝰ hoīs aut equi: ⁊ ſic quidē cōpat ſpēi ⁊ nō ſingularibus: ⁊ ſiliter apparet res in pluribus ſbijs ſcḋis: qm̄ nō dr̄ ꝙ hō eſt hō ad aliq̄d: neqꝫ taurus ē in hoc ꝙ eſt ad aliq̄d in eo ꝙ taurus videlꝫ ſba ſed ſicut eſt in eo ut eſt poſſeſſio poſſidētis. veꝝ in quibuſdā eaꝝ ſequit in hoc hec dubitatio ⁊ eſt ꝙ caput dr̄ in eo ꝙ eſt caput ad aliq̄d: ⁊ manus manus ad aliq̄d: ⁊ ſimilit̄ in ſimilibꝰ hoꝝ: ſed manus ⁊ caput ſignificāt ſuꝑ ſbaꝫ: erit igit ſuper hoc qḋ iā putat ꝙ multe ſbe intrāt relationē niſi qꝛ nō iaꝫ fuerit ſufficiēs diffinitio reꝝ relatarū quꝫ diximus ꝙ relatiua ſunt res quaꝝ q̄dditas dr̄ in cōꝑatione. ſed ſi eſt deſcriptio vera dicit ſolutio huiꝰ dubitatōis an erit ſolutio poſſibilis ⁊ illud eſt qꝛ iaꝫ apparet ex re hac ſbe ꝙ q̄dditas eius dicat in cōꝑatione. ſed ſi eſt deſcriptio vera rerū que ſunt relatiōes ꝙ vtreqꝫ ſunt due res quarū vtriuſqꝫ q̄dditas dr̄ in relationeꝫ ad cōparē ſibi ex parte inuentiōis illiꝰ q̄dditatis qua ſunt relatiue ad ꝯiunctū ſuuꝫ in quacqꝫ ſpē accidat ſpecieꝝ relatōis. ſolutio dubitatōis erit leuis. diffinitio nāqꝫ ꝑma ꝯſequit omne qḋ nūerat in pꝛincipio cogitatiōis relationū ſꝫ hec diffinitio ſequit quidē in eo ꝙ eſt relatiuū in veritate nō ſcḋm pꝛincipiū cogitatōis. Et vult q̄dē in hoc in eo ꝙ cogitat ꝙ deſcriptio caput ſi eſt ſignificās ſuꝑ ſbam ⁊ ē q̄dē relatiuū ad hoīeꝫ non ex relatōis nā ſed ꝓpter relationeꝫ accidētalē. ſ. que non eſt in ſba rei relate: ⁊ eſt quā cōtinet relatio pꝛima. ſ. accñtalis: ſed illud quidē in cuiꝰ amboꝝ ſba eſt relatio ſicut paucū ⁊ multū: qm̄ vtrūqꝫ ipſoꝝ ē in ſba ſui cōparis: ⁊ illud ē qḋ ꝯtinet deſcriptio ſcḋa. ſ. vera.

Differentia octaua: dixit: Et manifeſtuꝫ ē ex hac diffinitōe vera in relatiuis ꝙ ex ꝓpꝛie ꝓpꝛijs eſt ꝙ qū ſcit vnū duoꝝ ſcḋm cōplementū ſcitur aliud neceſſario: qm̄ hō quum ſcit ꝙ hoc eſt relatiuū ⁊ eſt q̄dditas vnius duoꝝ relatiuoꝝ quidē habēs eſſe in ꝓpoꝛtōe ad relatū ſcḋm: manifeſtū eſt ꝙ qū ſcit q̄dditatē vnius duoꝝ relatiuoꝝ iam ſcit q̄dditatē alteriꝰ: ⁊ ſi nō eſt ſcia eius in q̄dditatē vnius duoꝝ relatiuoꝝ nō eſt ſcia illius qḋ eſt ſuper ipa ſed putatiue ⁊ ſophiſtice. Et hoc eſt etiā manifeſtū ex inductione. V. g. ex ſcia ꝙ hoc eſt duplū cōplete iā ſcit res cui ipſuꝫ ē duplū ſcḋm cōplementū: ⁊ ſimilit̄ qui ſcit ꝙ eſt melius iam ſcit quo eſt melius niſi ſit ſcia illa eſtimatio nō certa: qm̄ niſi ſciat illud de quo dr̄ ꝙ eſt melius eo iaꝫ eſt poſſibile ꝙ nō ſit aliq̄d pꝛeter eū in bonitate: ⁊ erit ſermo eiꝰ ꝙ eſt melius falſus: ⁊ ex hoc apparet ꝙ manus ⁊ caput nō ſunt ex relatiuis meris qm̄ iā ſcit quidditas vtriuſqꝫ ipſoꝝ ex pte qua ſunt ſbe ſcḋm cōplementū abſqꝫ eo ꝙ ſciat res cuiꝰ eſt caput neqꝫ cuius rei eſt manus niſi qꝛ in ſūma ſcḋm veritatē eius ꝙ eſt relatiuū ab alijs ꝑdicamētis: ⁊ ꝙ non eſt relatōis eſt ex eis que ſunt difficilia donec cōſiderent multotiēs: in dubitatōe vo in eis non eſt inutilitas.

## Diuiſio quarta: Sermo in qualitate.

T illud qḋ dicit in hoc caplo cōpꝛehēdit. xj. differētijs. In pꝛima diffinit iſtud ꝑdicamentuꝫ ⁊ docet ꝙ diuidit in genera pꝛima. In ſcḋa docet genus noīatū iſtoꝝ generū noīe habitus ⁊ diſpōis ⁊ docꝫ qḋ ipſoꝝ appꝛopꝛiat noīe habitus: ⁊ eſt illud de quo dr̄ qualitas famoſe: ⁊ qḋ eoꝝ appꝛopꝛiat noīe diſpōis: ⁊ ꝙ ſi dr̄ de ipſis ambobus quale eſt ꝓpt eoꝝ eē vnius nature. In tertia docet genꝰ ſcḋꝫ generū huiꝰ ꝑdicamēti: ⁊ eſt qḋ dr̄ per naturalē potentiā ⁊ impotētiā. In quarta docet genus tertiū generū huiꝰ ꝑdicamēti ⁊ eſt q̄litates paſſibiles ⁊ paſſiones: ⁊ docet quare noīat q̄litates paſſibiles: ⁊ dat differentiā inter illas q̄ nūerant paſſibiles ⁊ illas q̄ numerant paſſiōes: ⁊ ꝙ natura q̄litatis ſcḋm famoſitatē dr̄ abſolute de paſſionibus ꝓter intētionē ꝓpter quā dr̄ de habitu magis ꝙ dicat abſolute de diſpōne. In quita docet genus quartū generū huius ꝑdicamēti: ⁊ eſt q̄litates inuēte in quantitate. In ſexta dubitare facit in raro ⁊ ſpiſſo. In ſpetima docet ꝙ res que diſponunt ꝑ qualitates ſunt ſuꝑ quas ſignificat ꝑ noīa deriuata ab exēplis pꝛimis ſignificātibus ſuꝑ illas qualitates. In octaua docꝫ ꝙ iā inuenit ꝯtrarietas in q̄litate: ⁊ hoc verū eſt in quibuſdā ipſius: ⁊ ꝙ qū eſt vnū ꝯtrarioꝝ in q̄litate ſequit ꝙ ſit ꝯtrariū aliud in qualitate. In nona docet ꝙ qualitas iā recipit magis ⁊ minus ⁊ ꝙ illud nō eſt in toto ipſius. In decima docet ꝙ ſile ⁊ diſſile ſunt ꝓpꝛietates quibus appꝛopꝛiant h ꝑdicamētū. In vndecia facit dubitationē in rebus pluribꝰ que rememoꝛant in hoc caplo ⁊ rememoꝛatꝰ eſt etiā in relatiōe ⁊ dat vnde accidit hoc id eſſe: ⁊ ꝙ illud eſt eis per duas maneries.

Differentia pꝛima: dixit: Et nomē qualitatis eſt

forme quibus interrogaꝰ in ſingularibꝰ qualia ſunt: ⁊ iſte q̄litates dicunꝰ de generibꝰ primis diuerſis.

Differentia ſecunda: dixit: Et vnū eoꝝ genus eſt qualitas que noiaꝰ habitus ⁊ diſpō. habituſqꝫ ipſoꝝ diuerſificaꝰ a diſpōe in hoc ꝙ habitus huiꝰ generis dr̄ de eo qḋ eſt ꝑmanētius lōgioris tpis. diſpoſitio vō de eo qḋ eſt facilis ꝑmutatōiſ: ⁊ exēplū illius eſt ſcie ⁊ virtutes. ſcia enī alicuiꝰ qū cōpleꝰ arte putaꝰ ꝙ ſit ex rebus ꝑmanētibus ⁊ difficile mobilibꝰ: ⁊ illud donec nō renoueꝰ hoi mutatio grādis. V.g. ex egritudine aut aliq̄d p̄ter hoc ex inebriatiōe in rebus que eſſet cā cū lōgitudine tpis ut ignoret hō ſciam ⁊ obliuiſcaꝰ eius. Diſpō nāqꝫ huiꝰ generis dr̄ de rebus velocis motus ⁊ facilis ꝑmutatōis: ſicut eſt ſanitas ⁊ egritudo: caliditas ⁊ frigiditas que ſūt cāe ſanitatis ⁊ egritudinis. ſanus nāqꝫ redit velociꝰ infirmus ⁊ infirmꝰ ſanꝰ dū nō ꝯfirmat hoc ⁊ ſit facilis receſſionis: qꝛ quꝫ erit res ſic erit hoi ut noiet eā habitū. Et manifeſtū ē ꝙ nomē habitus q̄ppe ſignificat in lingua greca res lōgi tpis ī firmitate ⁊ difficilis motꝰ: qꝛ ipſi nō dicūt de illo q̄ nō eſt retinēs ſciam retētiōe ꝯſuetudinaria ꝙ habeat habitū: qm̄ ille q̄ eſt habitꝰ diſpōis hꝫ diſpōem ſcie ſiue meliorē ſiue deteriorē: ⁊ habitus etiā in mō ſunt diſpōes: ſed nō diſpōes habituſ: ⁊ etiā qꝛ habitus q̄dē ſūt prius diſpōnes: deide fiūt poſtea habitus: ⁊ iſtud genus quēadmodū dr̄ eſt forme inuēte in aīa ⁊ aīato ex parte qua eſt aīatuꝫ.

Differentia tertia: dixit: Et genꝰ ſcḋm qualitatis eſt illud quo dicimꝰ in re ꝙ hꝫ potētiā naturalē aut nō naturalē: ſicut dicimꝰ ſanatiuū ⁊ egrotatiuū: ⁊ illud qꝛ non dr̄ in re ꝙ eſt ſanatiua ⁊ egrotatiua ⁊ ſimilia his ꝓpterea qꝛ habeat diſpōnes aliq̄s in aīa aut in aīato ſm̄ ꝙ ē aīatum ſed ꝓpt̄ qḋ eſt ei potētia naturalis aut nō potētia naturalꝰ ſ. ſine potētia nāli ut agat difficiliꝰ ⁊ patiaꝰ de facili ⁊ potētia nāli ꝙ agat de facili ⁊ ꝙ nō patiaꝰ niſi cuꝫ difficultate V.g. qm̄ dr̄ ſanatiuū ꝓpt̄ea qꝛ ei eſt potētia ut nō patiaꝰ ab egritudīe ⁊ accn̄tibꝰ: ⁊ dicimus de pugillatore aut curſore ex ꝑte q̄ eſt ei potētia ⁊ ita eſt res in duro ⁊ molli: qꝛ dicimꝰ durū ex eo ꝙ habet potentiā ut nō patiaꝰ facile: ⁊ dicimus molle ꝓpt̄ea ꝙ nō hꝫ potētiā ut nō patiaꝰ facile.

Differenia quarta: dixit: Tertiū genus qualitatuꝫ ⁊ ſunt que dicunꝰ paſſibiles ⁊ paſſiones ⁊ ſpēs illius ſunt ſapores ſicut dulcedo ⁊ amaritudo: ⁊ colores ſic̄ albedo ⁊ nigredo: ⁊ paſſibiles ſicut caliditas ⁊ frigiditas: ſiccitas ⁊ humiditas: iſta nāqꝫ oīa manifeſtū ē ꝙ ſunt qualitates Quꝫ de re diſponiꝰ per aliq̄d hoꝝ q̄raꝰ ꝑ dictionē quale V.g. qꝛ nos dicimus quale eſt iſtud mel in dulcedine ſua ⁊ qualis eſt iſte pānus in albedine ſua? ⁊ rn̄deꝰ per hoc ꝙ intēſuꝫ in dulcedine ⁊ albedine: aut nō intēſuꝫ in ipſis. Et dixit quidē in ſilibus his q̄litatibus paſſionē nō ꝓpterea ꝙ ipſe renouenꝰ in rebus diſpoſitis a paſſiōibus: ſꝫ ꝓpt̄ea ꝙ ipe renouāt in ſenſibus noſtris paſſiōes. V.g. qꝛ dulcedo mellis ⁊ amaritudo aloes dicunꝰ q̄ppe qualitates paſſibiles nō ꝓpterea ꝙ paſſio renoueꝰ in melle a dulcedine neqꝫ in aloe ab amaritudine: ſed ꝓpt̄ea ꝙ ipſe vtreqꝫ renouāt paſſionē in lingua: ita eſt res in caliditate ⁊ frigiditate cū ſenſu tactus. ſpēs vō tertia q̄ eſt colores nō dicunꝰ qualitates paſſibiles ꝓpter qḋ inuētio ipſaꝝ in re diſpoſita renoueꝰ quidē a paſſione: ⁊ illud eſt qꝛ oio iaꝫ ſit manifeſtū ꝙ rubedo verecūdie ⁊ pallor timētis renouāꝰ quidē a paſſione capiēte ſanguinē ⁊ ſpiritū: ita oportet ꝙ credaꝰ ꝙ color q̄ creaꝰ a principio rei ⁊ ꝑ naturā rubeus aut pallidus: cā in illo eſt ꝙ cōplexio ī principio creatōis iā paſſa eſt huiuſmōi paſſionē qua ſequiꝰ rubedo in verecundo ⁊ pallor in timēte. Et qḋ ē huiꝰ accidētis fixū difficilis amotōnis eſt illud qḋ noiaꝰ qualitas paſſibilis ⁊ illud eſt de q̊ queriꝰ per dictionē q̄le in ſenſato: ſed illud qḋ eſt facilꝰ mutatiōis ex illo nō noiaꝰ: neqꝫ currit ꝯſuetudo ut queraꝰ de eo ꝑ dictionē q̄le: ⁊ ꝓpter hoc eſt opus ut approprieꝰ hoc noie paſſiōis tm̄ ⁊ nō noie paſſibilis: ⁊ exemplū illius eſt ꝙ pallor ⁊ rubedo quꝫ ſint in nobis per naturā ⁊ creatiōnē dr̄ a nobis per eas in ſingulari quale: ⁊ ſi eſt rubedo accn̄s ex verecundia ⁊ pallor ex timore nō dr̄ ſingularē ꝑ eū quale: ⁊ illud qꝛ non dr̄ ille cuius hec eſt diſpō rubeus aut pallidus: ſed dr̄ factus eſt rubeus aut pallidus tm̄: ⁊ vlr̄ paſſio ſola opus eſt ut noieꝰ ſimile huius paſſio tm̄: ⁊ ſic diuerſificaꝰ quidē per lōgitudinē more ⁊ habuitatis eiꝰ Et ſm̄ huius ſimile in actiōibus aīe dicūtur paſſibiles q̄litates ille que ſunt ex eis per naturā ⁊ fixa: ⁊ paſſiones ille que accidūt neqꝫ ſunt hoi per naturā ⁊ cōplexionē. V.g. dementia ⁊ ira: ille enī cui inſunt iſta duo per naturaꝫ dr̄ iracundus ⁊ demēs: ⁊ ꝓpter illud noiantur he qualitates paſſibiles. Sed ille cui accidit ira uel dementia ex triſticia remota non dr̄ iracundus neqꝫ demens: ſed dr̄ iratus eſt ⁊ paſſus eſt demētiā. opus eſt g̊ ut dicanꝰ he ⁊ his ſimilia paſſiones ⁊ nō paſſibiles qualitates: ⁊ illud ē quia figura huius locutionis cadit ſemper in re fixa.

Differentia quinta: dixit: Et genus quartū eſt figura ⁊ creatura inuēte in vnaquaqꝫ re: ⁊ rectitudo ⁊ inflexio ⁊ his ſimilia: qꝛ dr̄ res qum diſponiꝰ per aliquid huiꝰ qualis: ⁊ illud quia iam dr̄ de re ꝙ eſt triāgulus ut quadratū ad interrogationē qualis eſt: ⁊ ꝙ eſt recta aut reflexa ⁊ ſimilis figura.

Differentia ſexta: dixit: Et rarū ⁊ ſpiſſuꝫ: ⁊ aſperū ⁊ lene iaꝫ putatur ꝙ intrent ſub hoc genere niſi quia magis ſimile eſt ut credaꝰ in his generibus ꝙ ambo ſūt extra hoc genus: ⁊ illud quia iā apparet ꝙ vnūquodqꝫ amboꝝ cōuenientius intret p̄dicamentū poſitōnis q̄ in hoc predicamēto: ⁊ illud eſt quia rarū ⁊ ſpiſſuꝫ ſignificāt aliquā poſitionē partiū: qm̄ dr̄ ſpiſſuꝫ quidē cuius partes appropin

quant quedā quibuſdā. Rarū v̄o illud cuius partes ſunt longinque quedā quibuſdā. ⁊ ſimiliter lene dr̄ illud cuius partes ſunt equales in ſeipis non ſuperfluens quedā quibuſdā. ⁊ dr̄ aſperū illud cuius partes ſunt non equales ſi ſuperfluit quedā ipſarū ſuper aliā. Et foꝛtaſſe iaꝫ apparet ꝙ he ſunt qualitates alie: ſed iſte quas numerauimus hic huius generis ſunt applicatio nūeri ipſarū eſt nūerus iſte ⁊ vult ꝙ ille qualitates de q̄bus interrogatus per dictionē qualis in ſpeciebus ⁊ ſunt res que ſunt ſpecifice aut ſequētes foꝛmas ſpecificas: ⁊ iſte qualitates ſunt de quibus quer t: ⁊ ſunt diſpoſitiones ſequētes foꝛmas pꝛopter materiā ⁊ res materiales: ⁊ hoc ē manifeſtū ex differētia inter has duas ſpēs qualitatis.

**Differentia ſeptima**: dixit: Et habētia qualitates ſunt ſuper quas ſignificat per nomina ſignificantia ſuper qualitates ipſis que ſunt extra pꝛimā ⁊ illud ſm̄ viaꝫ denomiatōnis in plurimis eoꝝ ſm̄ grecam linguaꝫ: ſicut album deriuatū a nomie albedinis: ⁊ grāmaticū deriuatuꝫ a nomie grāmatica: ⁊ iuſtū denomiatuꝫ a nomie iuſticie ſed extraneis eoꝝ ⁊ eſt ꝙ nō inuenit in lingua greca qualibet expoliatis ⁊ acceptis ⁊ abſtractis a ſubiectis a quo deriuet nomē illis qualitatibus ex eo ꝙ ſunt in ſubiecto: ⁊ exemplū illius eſt ꝙ nomia ſubiectoꝝ apud eos rerum intrantiū in eo ꝙ dr̄ ſm̄ potentiā naturalē ⁊ impotentiaꝫ naturalē non ſunt denomiata ab aliquo: ſicut pugillatoꝛ ⁊ curſoꝛ: quia nomia ſignificātia ſuper has intētiōes apud grecos non ſunt deriuata ut a pugillatoꝛia neqꝫ curſoꝛia ſicut ſunt in lingua arabica. Et non eſt longinquū ꝙ inueniant in lingua arabica. U.g. nō habētia ſuper has intentiōes maſſandir ⁊ quāto magis in lingua greca ꝙ ſint qualitates ex eo ꝙ ſunt ſpoliate a ſubiecto nomē ⁊ ſit nomen illius qualitatis ex eo ꝙ eſt in ſubiecto deriuato a re n̄oie alio. U.g. qm̄ ipi dicūt a v̄tute ſtudioſū ⁊ nō v̄tuoſū.

**Differentia octaua**: dixit: Jāqꝫ inuenit in qualitate cōtrarietas. U.g. iuſticia cōtraria eſt iniuſticie: ⁊ albedo cōtraria eſt nigredini: ⁊ ſimilit̄ inuenit in rebus qualitatē habentibus. U.g. iuſtus eſt cōtrarius iniquo: ⁊ albū contrariū eſt nigro. Sed nō inuenit contrarietas in omnibus q̄litatibus: qm̄ nō eſt pallido neqꝫ rubeo cōtrariū ⁊ vniuerſaliter qualitatib' medijs: ⁊ etiā quꝫ eſt vnū cōtrariū quale: erit ꝯtrariū ſcōꝫ quale: ⁊ hoc manifeſtū eſt p̱ inductionē. U.g. qm̄ iuſtus quꝫ ſit cōtrari⁹ iniuſto: ⁊ eſt iuſtus in qualitate ⁊ iniuſtus erit in qualitate: qꝛ non ꝯuenit vt dicamus ꝙ iiuſt⁹ ſit in q̄ͭtitate neqꝫ in relatōe neqꝫ in alio pꝛedicamēto: ⁊ ſimilit̄ apparet res in alijs cōtrarietatibus inuentis in qualitate.

**Differentia nona**: dixit: Et iāqꝫ recipit qualitas magis ⁊ minus qm̄ iā erit iuſtus magis iuſto: ⁊ albū intēſius albo qū ſb'a harū reruꝫ recipiūt magis ⁊ min' ſed nō eſt hoc in oībus ſed i q̄buſdā. Et ex eo in q̄ dubitat ē qū accipiunt iſte q̄litates exſpoliate a ſubiectis ſuis vtꝝ recipiāt minus ⁊ magis: qm̄ q̄daꝫ volūt in hoc non videri ꝙ nō ſit iuſticia magis q̄ꝫ iuſticia: neqꝫ ſanitas magis q̄ꝫ ſanitas: ſꝫ ē poſſibile ꝙ ſit iuſtus magis q̄ꝫ iuſtus: ⁊ ſan' magis q̄ꝫ ſan⁹: ⁊ ſil'r ē in alijs hu⁹ generis qḋ ē qꝛ diſpō ⁊ triāgulus ⁊ q̄dratū ⁊ reliq̄ figure nō recipiūt magis ⁊ minus: nō eni ē triāgul' magis q̄ꝫ triāgulus neqꝫ q̄dratū magis q̄ꝫ q̄dratū. qḋ eni intrat diffinitōeꝫ triāguli ē triāgul' in diffinitōe eq̄lit̄ ⁊ ſil'r: qḋ itrat ſub diffinitōne q̄drati ⁊ eā recipit ē q̄dratū eq̄lit̄: ⁊ qḋ nō itrat ſub diffinitōne nō dr̄ i equatōe ad eū qꝛ nō ē alicui ut dicat ꝙ q̄dratū ē magis circul' q̄ꝫ altera p̱te lōgioꝛ: ⁊ vl'r v̄ificat eq̄tio i reb' intrātib' ſb diffinitiōe vna: ⁊ qū hoc ſit ita nō oīs q̄litas recipit min' ⁊ magis neqꝫ aliq̄d eoꝝ q̄ rememoꝛauim' eſt veꝝ ꝓpꝛiū q̄litatis.

**Differentia decima**: dixit: Sed ꝓpꝛietas quidem vera que non dr̄ de alio ab ipſa eſt ſimilitudo.

**Differētia vndecima**: dixit: Et nō eſt opus ꝙ dubitet ſuper hoc ſermone: ⁊ dicat ꝙ intētio q e hic ad numerandū q̄litates ⁊ nūerant res multe ex relatōe: ſicut habitus ⁊ diſpō que nūerant in genere hu⁹ p̄dicamēti ſunt intrātes in relatiōe: qꝛ habitus quidē eſt habitus alicui' ⁊ ſil'r diſpō: qm̄ quidē poſſibile ē ut nūeret hoc ex relatōne ſm̄ ſua genera ⁊ nō ſm̄ ſuas ſpēs: qm̄ ſcia que ē gen' grāmatice ⁊ iudicioꝝ dr̄ in relatōe ad ſcitum: ſed grāmatica quidē nō dr̄ ad aliq̄d ⁊ ſil'r iudicia nō dicūt in relatiōe ex via ſui generis. ſ. ꝙ grāmatica ē ſcia ſciti ꝙ eſt ſcia ſimū dictionū: ⁊ qū ſint iſte ſpēs nō ex relatōe ſi ſint quidē ex q̄litate ⁊ ipſe quidē fiūt ſpēs qualitatis ꝓpter genus ipſaruꝫ. Et eſt manifeſtū ꝙ genus ipſaꝝ eſt ex qualitate ⁊ illud eſt qꝛ grāmatica ⁊ iudicia. ſ. vnaq̄qꝫ ipaꝝ ſit exiſtēs ex hoc ꝙ ſcia eſt qualitas: ſi accidit aūt generi ipſaꝝ ꝙ eſt ſcia ut habeat nomē ex eo ꝙ eſt ex relatiōe ⁊ nō ex eo ꝙ eſt q̄litatis in cōtrario eius eſt ꝙ accidit ſpēbus q̄ ſunt ſub ea habere noīa ex eo ꝙ ſunt q̄litates: ſicut grāmatica ⁊ decreta ⁊ nō habere noīa ex eo ꝙ ſunt relatōnis: ⁊ nō eſt longinquū ꝙ ſit aliquid vnū numeratū in duobus p̄dicamētis ⁊ in duobus generib⁹ ſm̄ duos modos non ſm̄ vnū ꝙ illud eſt impoſſibile.

**Diuiſio quinta. Sermo in agere ⁊ pati**: dixit. Amqꝫ recipit agere ⁊ pati ꝯ̄riū ⁊ magis ⁊ min⁹ qm̄ calefacere eſt ꝯ̄riū ad infrigidari: etiā infrigidat eſt ꝯ̄riuꝫ ad calefit: qm̄ aliquē iam calefacit plus ⁊ minus: ⁊ delectat ꝯ̄riū ad cōtriſtat: ġ erit hoc gen⁹ recipiēs ꝯ̄rietatē ⁊ magis ⁊ minus: qm̄ ſmo videt in aliq̄ calefit iā erit magis ⁊ minus: qm̄ aliq̄d iam calefacit plus ⁊ minus: ⁊ ſil'r triſtat magis ⁊ minus. Dixit: hoc eſt genus

applicatio eius qđ dicimus de hoc p̄dicamēto i hoc loco.

## Diuiſio ſexta.

### Sermo in p̄dicamento poſitionis: dixit:

Amqꝫ rememorate ſunt res habētes poſitionē in predicamēto relatiōis: dictūqꝫ eſt ꝙ ipſe ſunt quarū noīa deriuata ſunt a p̄dicamēto relatōis ſicut iacēs ⁊ appodiās: qm̄ accubitꝰ ⁊ appodiatio ſunt ex p̄dicamēto relatōis: ⁊ accūberis ⁊ appodiaris hꝰ p̄dicamēti. Dixit: Reliq̄ vero p̄dicamēta q̄ nūerauimus ſicut p̄dicamentū qn̄ ⁊ p̄dicamētū vbi ⁊ p̄dicamētū habere qđ dr̄ in eis manifeſtū ē qđ exemplificauimꝰ in hoc libro ꝑus qum ſint manifeſta ſicut ſermo noſter ꝙ ipſū habere ſignificat habere ſuꝑ calciamētū ⁊ armatū: ⁊ ſicut ſmo noſter ſoꝛ. eſt in foꝛo ⁊ reliq̄ exēplificant in eis. Iſte ḡ ſmo eſt in his generibꝰ ſufficiēs ſm id quod hic intenditur.

### Pars tertia. Sermo in oppoſitis

T illud qđ loquit̄ ex eis in hoc caplo cōp̄hendit .xi. differētijs. In prima numerat modos oppoſitoꝝ ⁊ docet vnūquēqꝫ ipſoꝝ ſm viā exēpli In ſcđa dat differētiā inter oppoſita ſm modū relatōis ⁊ oppoſita ſm viā ꝯtrariā. In tertia docet ꝙ res ꝯtrarie ſūt duaꝝ ſpēruꝫ. In quarta docet naturā reꝝ que opponunt̄ ſm modū priuatōis ⁊ habitus: ⁊ docet in eā ꝙ res priuatōnis ⁊ habitus nō ſunt ipſa priuatio ⁊ habitus: ⁊ ꝙ hec opponunt̄ etiā ſicut opponūt̄ priuatio ⁊ habitus. In quinta docet ꝙ res affirmatōis ⁊ negatōis non ſunt enūciatio affirmatiua ⁊ negatiua: ⁊ ꝙ ip̄e opponūtur ſicut opponit̄ affirmatio ⁊ negatio. In ſexta docet differentiā inter habitū ⁊ priuationē ⁊ relatiua. In ſeptima docet differentiā inter priuationē ⁊ habitū ⁊ ꝯtraria. In octaua docet differentiā inter affirmationē ⁊ negationē ⁊ alia tria reſidua ſ. priuationē ⁊ habitū ⁊ relatiua ⁊ ꝯtraria: ⁊ ſoluit in illa dubitationē accidentē in ꝯtrarijs in differētia quā dat in illo. In nona docet ꝙ iā ꝯtrariat̄ vnū vni ⁊ ꝙ nō ꝯtrariat̄ vnū duobus. In decima ꝙ nō ſequit̄ in duobus ꝯtrarijs qū inuenit̄ vnū eoꝝ ꝙ inueniat̄ aliud: ⁊ hec ꝓprietas que inuenitur in relatione. In vndecima docet ꝙ oīa ꝯtraria aut ſunt in genere vno aut in generibus ꝯtrarijs: aut ipſa eadē ſunt duo genera ꝯ̄ria nō intrātia ſub vno genere.

**Differentia prima:** dixit: Et oppoſitoꝝ quattuoꝛ ſunt modi: duo relatiua ⁊ duo ꝯtraria: ⁊ priuatio ⁊ habitus: ⁊ affirmatio ⁊ negatio. Et exēplū relatiuoꝝ ſunt duplū ⁊ dimidiū: ⁊ exēplū ꝯ̄rioꝝ bonū ⁊ malū: ⁊ exempluꝫ priuatōis ⁊ habitus cecitas ⁊ viſus: ⁊ exēplū affirmatiōis ⁊ negatōis ſoꝛ. ſedet ⁊ non ſedet.

**Differentia ſecunda:** dixit: Et differētia inter relatiua ⁊ ꝯtraria eſt ꝙ vnius duoꝝ relatiuoꝝ qđdā ipſoꝝ dr̄ quidditas ⁊ in cōparatōe ad ſuū cōpar ſiue ꝑ ſe ipſum ſiue per quācūqꝫ dictionē accidat ex dictiōibus ꝓpoꝛtionū: ſicut duplū qđ dr̄ in cōparatiōe ad mediū: ſed ꝯ̄rioꝛuꝫ non dr̄ quidditas vnius. ſ. eoꝝ in relatiōe ad ſcđm: veruꝫ quidē dr̄ ꝙ q̇dditas vnius ꝯ̄rioꝝ ꝯ̄riatur quidditati ſcđi: qm̄ non dr̄ bonū bonū eſt mali ſed ꝯ̄riū ei: neqꝫ albū nigri. hi ḡ duo modi oppoſitoꝝ diuerſificāt̄ neceſſario.

**Differentia tertia:** dixit: Et illa ꝯ̄ria ab vno quoꝝ nō euadit ſubiectū diſpoſitū per ipſa duo ſunt contraria inter q̄ nō eſt mediū ſicut ſanitas ⁊ egritudo a quarū vna nō euadit coꝛpus aīatū: ⁊ ſicut par ⁊ impar a quibꝰ non euadit nūerus q̄n diſponat̄ per vnū ipoꝝ. Extrema nāqꝫ iſta cōtrarioꝝ ſunt inter que nō eſt mediū: ſed illa quideꝫ de quibus nō ē neceſſe ut inueniat̄ vnū ꝯtrarioꝝ in ſubiecto ipſoꝝ ſunt ꝯtraria inter que eſt mediū. V.g. albedo ⁊ nigredo inuēte in coꝛꝑe qū ſint nō neceſſe ē ꝙ oē coꝛpus coloꝛatū ſit aut albū aut nigrū: ſi iā euadit coꝛpus ab ipiſ ambobꝰ ⁊ eſt inter hos duos mediū: pallidus ⁊ viridis ⁊ alij coloꝛes qui ſunt inter albū ⁊ nigrū: ⁊ ſilr laudabile ⁊ vituperabile qū ſit non neceſſe eſt ꝙ ſit oīs res aut laudabilis aut vituperabilis ⁊ inuenit̄ mediū inter eas ⁊ ē que nō eſt laudabilis neqꝫ vituperabilis. Et q̇buſdaꝫ rebꝰ medijs inueniunt̄ noīa ſicut viride ⁊ pallidū: ⁊ in quibuſdaꝫ nō eſt eis nomē ſed ꝓnunciat̄ ei nomē medij ꝑ negationē extremoꝝ: ſicut eſt ſermo noſter non bonū neqꝫ malum: neqꝫ iuſtū neqꝫ iniuſtum.

**Differentia quarta:** dixit: Et priuatio quidē ⁊ habitus ⁊ inueniūt̄ in re vna ⁊ eadē. V.g. viſus ⁊ cecitas inueniunt̄ quidē in oculo. Et hoc genus p̄ſens vl̄r eſt quod nō habet ſubiectū habitū de cuiꝰ ꝓprietate eſt ꝙ habeat ipſū in tp̄e de cuius ꝓprietate eſt ꝙ habeat ab eo ꝙ poſſibile eſt inueniri ipſuꝫ in eo tp̄e futuro: qm̄ quidē dr̄ edentulus qui nō hꝫ dētes in tp̄e de cuius ꝓprietate ē ut ſint ei dētes: ⁊ etiā cecus qui nō habet viſuꝫ in tp̄e de cuiꝰ ꝓprietate eſt ut habeat viſuꝫ: ⁊ ꝓpter illud nō dr̄ illud aīaliū qđ naſcit̄ nō cum dētibus neqꝫ cū viſu ſicut catulus ꝙ ſit edētulus ⁊ cecus. Et nō eſt qđ priuat̄ habitu ⁊ inuenit̄ i eo habitus: habitus ⁊ priuatio. V.g. q2 viſus eſt habitꝰ ⁊ cecitas eſt eius priuatio ⁊ nō eſt habēs viſū ipſe viſus: neqꝫ cecus ip̄a cecitas. nā ſi eſſet ſubiectū viſus ⁊ viſus res vna ⁊ ſubiectū cecitatis ⁊ cecitas vna veꝝ eſſet ꝙ p̄dicaretur viſus de vidente ⁊ cecitas de ceco ⁊ diceret̄ cecus eſt cecitas ⁊ videns eſt viſus. ſed quēadmodū ꝓuatio ⁊ habitus opponunt̄ ſimilr̄ diſpoſita ꝑ ipſa opponunt̄: qm̄ ſi cecitas opponit̄ viſui. ⁊ cecus opponit̄ vidēti: ⁊ illud eſt q2 pars oppoſitionis in eis eſt eadem.

**Differentia quinta:** dixit: Et ſimiliter nō eſt res que affirmatur ⁊ negatur ipſa affirmatio ⁊ negatio: quoniam affirmatio eſt ſermo affirmatiuus ⁊ negatio ſermo nega-

tiuus:neqꝫ eſt res que affirmatur aut negatur ſermo: ſed eſt intentio quaꝫ ſignificat dictio ſimplex: aut eſt potētia ſignificatōis cuius eſt ſignificatio ſimplicis ⁊ res que affirmatur ⁊ negatur: ſunt etiā oppoſite ſm oppoſitionē affirmatōis ⁊ negatiōis. U.g. queādm odū opponūt ſmones nr̄i ſoꝛ.ſedet ſoꝛ.nō ſedet:ſilr̄ opponunt ſeſſio ⁊ nō ſeſſio.

Differentia ſexta:dixit: Apparet ꝙ opponant p̄uatio ⁊ habitus nō ſꝫ modū oppōnis relatiuoꝝ ex eo ꝙ res q̄ opponunt ſm viā habitꝰ ⁊ p̄uatōis nō dr̄ quidditas ſꝫ vniuſcuiuſqꝫ ipſoꝝ in cōpatiōe ad ſcōm:ſicut dr̄ q̇dditas rerū que opponūt ſm viā relatōis qm̄ non dr̄ ꝙ viſus eſt viſus ad cecitatē:neqꝫ cecitas cecitas ad viſuꝫ:ſed dr̄ cecitas viſus. Et ē etiā alia dr̄ia ⁊ ē:qꝛ oīa duo relatiua quēadmodū dicūt redit vnūq̇dqꝫ ipſoꝝ duoꝝ ſup cōpar ſuū p reciprocationē:⁊ res q̄ opponunt ſm viā p̄uatōis ⁊ habitus nō redit vna earū ſup aliā p reciprocationē:⁊ illḋ ē qꝛ nō ē viſus viſus ad cecitatē:neqꝫ cecitas cecitas ad viſū.

Differentia ſeptima:dixit: Et apparet ꝙ oppoſita ſm viā priuatōis ⁊ habitus nō ſunt oppoſita ſm viā ꝯ̄rietatis ex huꝰ rebus:⁊ illud eſt qꝛ oīa duo oppoſita ſm viā ꝯ̄rietatis ſiue ſint ex ꝯtrarijs īmediatis:⁊ modꝰ taliū ꝯ̄riorū appropriat ꝙ nō euadit ſbiectū diſpoſitū p ea ab vno amboꝝ:ſicut dr̄ ſanitas ⁊ egritudo ab vna quaꝝ nō euadit corpus aīalis:ſiue ſint quidē ex ꝯ̄rijs inter q̄ eſt mediū ⁊ approp̄at iſte modus ꝯtrarioꝝ ꝙ iā euadit ſubiectū ab vnoquoqꝫ amboꝝ qū nō fuerit vnū duoꝝ īuentū ei per nām:ſicut caloꝛ inuētus eſt in igne:⁊ frigiditas in niue: q̄ ignis nō euacuat a caliditate neqꝫ nix a frigiditate. ⁊ qū ſit ita nō g̊ euacuant ꝯ̄ria mediata ab vna duaꝝ reꝝ:ſiue ꝙ inueniat vnū duaꝝ reꝝ ſubiecto ſtās.i.nō ſepabile penitꝰ ſiue ꝙ iā euacuet ſbm ab ipſis duobus. In priuatōe nāqꝫ ⁊ habitu aliq̇d duarū ꝓprietatū q̄ inueniunt modis contrarioꝝ:⁊ illud eſt qꝛ oppoſitoꝝ ſm viā p̄uatōis habitus nō eſt neceſſe ſemp ut inueniat vnū eoꝝ in recipiēte:ſꝫ eſt neceſſe hoc in tpe de cuius ꝓprietate eſt ut recipiēs recipiat vnū duoꝝ. U.g. qꝛ illud de cuiꝰ ꝓprietate eſt ut videat iā euacuat ab ambobus:ſicut catulus:canis:qm̄ nō videt ꝙ ſit cecus neqꝫ vidēs: ⁊ duoꝝ ꝯ̄rioꝝ īmediatoꝝ nō euacuat ſubiectū ab vnoquoqꝫ in alio tpe: g̊ nō eſt p̄uatio ⁊ habitus ex ꝯ̄rijs īmediatis: ⁊ illud eſt qꝛ prius opoꝛtet ut ſit vnū duoꝝ oppoſitoꝝ ſm viā priuatōnis ⁊ habitus in ſuo tpe ipſoꝝ de cuius ꝓprietate eſt ut inueniat ei habitꝰ aut nō inueniat in mō īmediatoꝝ quoꝝ vnū quoꝝ non inuenit ſemper ſubiecto ut iā euadat ſubiectū ab vtroqꝫ ipſoꝝ. Neqꝫ etiā eſt poſſibile ut dicamus in p̄uatiōe ⁊ habitu ꝙ ſint ex eis inter q̄ eſt mediū: ſed vnuꝫ eoꝝ inuenit ſubiecto ſemp: qm̄ nō inuenit habitus ⁊ priuatio vnū .ſ. eoꝝ ſemp ſubiecto. ⁊ qū hoc ſit ita:iam igit manifeſtū ē ꝙ oppoſita ſm modū p̄uatōis ⁊ habitus nō ſunt vnū oppoſitoꝝ modoꝝ ſm viā ꝯ̄rioꝝ. iāqꝫ differt hic modus p̄uatōis quā deſcripſimꝰ ab oppoſitis ſm modū ꝯ̄rietatis:qm̄ ꝯ̄rioꝝ poſſibile ē ꝙ cadat trāſmutatio ab vnoquoqꝫ eoꝝ ad cōparē ſuū illoꝝ.ſ.quoꝝ vnū nō inerit ſubiecto p nāꝫ ⁊ ſemp ſicut caliditas igni ⁊ illud eſt qꝛ albū iā fuit nigrū ⁊ nigrū iā fuit albū:⁊ hō bonus nō eſt poſſibile ꝙ ſit malus:⁊ malus iā eſt poſſibile ꝙ fiat bonus: ⁊ illud qū trāſfert ſicut dicit Ariſ. ad ſocietatē illius qui eſt ſm doctrīnas bonas virtuoſas ⁊ moꝛes honoꝛabiles: qm̄ ſocietas vel virtuoſaliā dirigit hoīeꝫ in viā bonā: ⁊ ſi ſit dictio parua ⁊ qū incipit in motu ad virtutē quāto magis elongat tp̄s in eo alleuiat motus ipſe:g̊ aut ſequet p ſe ex virtute q̄titatē magnā:aut aſſequet ex ea pfectū niſi īpediat eū tēpus Sed iſtiuſmōi quidē p̄uatōis ⁊ habitus cōplementū trāſmutat ad p̄uationē:nō aūt eſt poſſibile ut trāſmutet p̄uatio in habitū qū dixerimus in diffinitione abſqꝫ eo ꝙ ſit poſſibile inuētio in futuro:qm̄ cecus nō eſt poſſibile ꝙ ſit videns: neqꝫ caluus habens comā.

Differentia octaua:dixit: Et manifeſtū ē ꝙ ea que opponunt ſm modū affirmatōis ⁊ negatōis nō ſunt vnꝰ modoꝝ oppoſitoꝝ triū:qm̄ affirmatōi ⁊ negatōi approp̄at p̄ter alia ꝙ opus ē neceſſario ꝙ vna eaꝝ ſit vera ⁊ alia falſa:⁊ hoc nō ſeq̇t aliqḋ alioꝝ. U.g. in ꝯ̄rijs.ſ.in ſanitate ⁊ egritudine non dr̄.ſ.inꝰ vna ipſaꝝ ꝙ ſit vera neqꝫ falſa:⁊ ſiliter eſt diſpō in oppoſitis ſm viā relatōis ſicut duplo ⁊ dimidio:⁊ in illis que ſunt ſm viā habitus ⁊ p̄uatōis: ſic in cecitate ⁊ viſu:⁊ vlr̄ quꝫ ſint hec tria quideꝫ ſup q̇bus ſignificat per dictionē ſimplicē:aut p illud cuius potētia ſignificatōis eſt potētia dictōnis ſimplicis nō diſponit aliq̇d eoꝝ p verū neqꝫ falſū. Sermo eni noſter al's nō eſt verus neqꝫ falſus donec cōponamꝰ ipſū cū alio ⁊ dicamus hō ē aīal vel hō nō eſt aīal. Sꝫ iā putat in oppoſitis ſm modū ꝯ̄rietatis ⁊ priuatōis ⁊ habitꝰ ꝙ cōicēt affirmatōi ⁊ negatōi qū dicat de alijs a ſe.ſ.qū ſignificet ſup ipſa per verbū cōpoſitū cōpoſitione enūciatōis: ſicut dicimus in ꝯtrarijs ſoꝛ.eſt eger ſoꝛ.eſt ſanus.iſti duo ſermones ſūt ꝯ̄rij:⁊ ſicut ſmo noſter pla.eſt cecus ⁊ pla.eſt vidēs. veꝝ differētia int̄ hos duos ſmones ⁊ inter affirmationē ⁊ negationē eſt ꝙ eoꝝ que opponunt hoc mō ſm viā ꝯ̄rietatis nō erit vnuꝫ ipſoꝝ ſemp verū aut falſū niſi quꝫ erit ſbm diſpoſitū per vnū ipſoꝝ exiſtēs. U.g. qꝛ ſermo noſter ſoꝛ.ē eger ſoꝛ. eſt ſanus:erit quidē vnus verus reliq̇s vͦo falſus qū erit ſoꝛ. exn̄s:ſed quꝫ nō fuerit exn̄s erunt ābo ſimul falſi. Sꝫ eoꝝ que opponūt ſꝫ viā priuatōis ⁊ habitus ſicut ſmo noſter pla.ē cecus: pla.ē vidēs: erit quidē vnꝰ ipſoꝝ ſemp verus ⁊ alius falſus duabꝰ ꝯditōibus:quaꝝ vna ē ꝙ ſit pla.exn̄s ⁊ ſit in tpe de cuiꝰ ꝓprietate ē ut inueniat ei viſus:qm̄q̇dē ſi nō erit exn̄s falſificat in eo ꝙ ſit vidēs ⁊ ꝙ ſit cecꝰ: ⁊ ſilr̄ falſificat ipſa dictio in tpe in quo inuenit in matrice:ſꝫ af-

21

firmatōis quidē aut negatōis ſemꝑ erit vera.ſ.vna ipſaꝝ ⁊ altera falſa ſi ſit ſōm aut nō: qꝛ ſermo noſter ſoꝛ. ē eger ſoꝛ. nō eſt eger de neceſſitate erit verus.ſ. vnus ipſoꝝ: alr̄ falſus: ſiue ſit ſoꝛ. exn̄s aut ꝑuatus exn̄tia. hac ḡ ꝓprietate differūt oppoſita ſm viā affirmatōis ⁊ negatiōis ab alijs enūciatiōibus cōpoſitis ex oppoſitis.

Differentia nona: dixit: Et malū neceſſario ꝯtrariū eſt bono: ⁊ hoc ē manifeſtū ꝑ inductionē ꝑticulariū boni ⁊ mali: qꝛ ſanitas ꝯ̄ria eſt egritudini: ⁊ iuſticia ꝯ̄ria ē iniuſticie: ⁊ timiditas foꝛtitudini: ⁊ ſilr̄ in alijs reliq̄s. veꝝ q̄dē ꝯ̄riū in alio in alio aliqn̄ ſunt duo quoꝝ vnū ē bonū aliō eſt malū: qm̄ timiditas quidē que ē maluꝫ ꝯ̄ria ē audacie que eſt malū: ⁊ foꝛtitudo que ē bonuꝫ ꝯ̄ria eſt ambobus ſimul: ⁊ hec diſpō bonoꝝ medioꝛuꝫ inter extrema q̄ ſunt malū niſi qꝛ hoc q̄dē inuenit in hoc genere in paucis reb⁹ ſed ſm plurimuꝫ bonū nēpꝛ eſt contrariuꝫ malo.

Differentia decima: dixit: Et eo ꝙ appꝛop̄at duob⁹ ꝯ̄rijs eſt qm̄ non ē opus neceſſario qū ē vnū amboꝝ inuētū ꝙ ſit aliud inuentū: qm̄ ſi aial vlr̄ eſt ſanū nō eſt egritudo inuēta: ⁊ ſi ſunt oēs reſ albe nigredo nō ē inuēta: ⁊ etiā qū ē ſoꝛ. eger non ſequit̄ ꝙ ſit pla. ſanus: neq3 eſt poſſibile ꝙ ſit ſoꝛ. ſanus ⁊ eger ſimul. Dixit: De ꝓprietate diuꝫ duoꝝ ꝯtrarioꝝ ē ꝙ ſint in vno ſubiecto ſicut ſanitas ⁊ egritudo inuente in coꝛꝑe aialis: ⁊ albedo ⁊ nigredo in coꝛꝑe abſolute: ⁊ iuſticia ⁊ crudelitas inuente in aia hois.

Differētia vndecima: dixit: Et oia quidē ꝯ̄ria: aut ſunt in vno genere ſicut albū ⁊ nigrū quoꝝ genus ꝓpinquū eſt coloꝛ: aut ſunt in generib⁹ ꝯ̄rijs: ſicut iuſticia iniuſticia. genus nāq3 iuſticie ē virtus: ⁊ genus crudelitatis eſt vitiū: ſunt duo cōtraria: aut ſunt ipſa ⁊ eadē genera ꝯ̄ria nō habētia genus ſupꝛa ſe: ut bonū ⁊ malū: vult ꝙ vnuꝫ amboꝝ ē in vno p̄dicamēto: ⁊ aliud in p̄dicamēto alio. qn̄ aūt ābo ſūt i p̄dicamēto vno ē p̄dicamētū gen⁹ āboꝝ.

## Pars ſecunda. Sermo in pꝛioꝛe.

Dixit: ꝙ res p̄cedit rē q̄druplicit̄. Pꝛimo quidē ⁊ famoſius dr̄ p̄us in tp̄e queādmodū dicimus ꝙ hoc ē antiq̄us ⁊ ſeni⁹ illo. Et ſcd̄o p̄us natura ⁊ illud eſt ut qū inuenit̄ poſterius inuenit̄ illud ⁊ qum auferẗ ipſū auferẗ poſterius: neq3 ꝯuertit̄ in eſſentia.ſ. ꝙ quꝫ īuenit̄ p̄us īuenit̄ poſteri⁹: ſ3 qū tollit̄ p̄us tollit̄ ⁊ poſteri⁹. ⁊ nō qū tollit̄ poſterius tollit̄ pꝛius: ſicut p̄cedit vnū duo qm̄ qū eſt vnū inuentū nō eſt opus inuenire duo: ⁊ oīe qd̄ inuenit̄ ꝑ inuētionē alterius rei: neq3 inuenitur illa res alia ꝑ inuentionē illius: ſcitū eſt ꝙ de ipſo dr̄ ꝙ eſt p̄us eo. Tertio v̄o pꝛius oꝛdine ſicut dr̄ de ſciētijs ⁊ in artib⁹ diffinitiōes ⁊ deſcriptōes quas p̄ponūt geometre figuris ſūt p̄oꝛes oꝛdine doctrīe eo ꝙ volūt demōſtrare i ea: ⁊ i grāmatica ſcia litteraꝝ elemētoꝝ pꝛioꝛ p̄cedit ad doctrinam grāmatice: ⁊ ſimilit̄ ꝓlogus ad ſermōes in rhetoꝛica p̄cedit inuētionē intentā in rhetoꝛica. Et quarto pꝛius in dignitate ⁊ cōplemēto ⁊ ꝑfectiōe: qm̄ de nobilioꝛi credet̄ ꝙ ſit pꝛius minus nobili: ⁊ ꝓpter hoc inuenimus hanc aſſētionē cōem cū hoc ꝙ iſte modus p̄oꝛis eſt nobilioꝛ reliq̄s eiuſdē. Dixit: Et ſuſtinet̄ ꝙ ſit applicatio mōꝝ quibus dr̄ pꝛius ſm pꝛimā cogitationē: ⁊ ſunt quatuoꝛ modi veꝝ eſt ⁊ alius modus mōꝝ pꝛioꝝ ⁊ ē pꝛius ex eo ꝙ eſt cā alicui⁹ qd̄ ꝯuertit̄ ei ſm ꝯ̄ntiā inuētionis.ſ. qꝛ qd̄ inuenit̄ ꝙ eſt cā enūciatōis poſterioꝛis inuenit̄ poſterius: ⁊ quꝫ inuenitur poſterius inuenit̄ p̄us. V.g. qꝛ inuētio hoīs p̄cedit credulitatē in eo ꝙ ipſe eſt inuētus: ⁊ qū inuenit̄ īuenit̄ in eo credulitas ⁊ qum inuenitur hic credulitas inuenit̄ homo: ⁊ homo ē cauſa in inuentiōe huius credulitatis: ⁊ non credulitas in eſſentia hoīs: ⁊ illud eſt qꝛ cā veritatis ⁊ falſitatis in ſmone quidē ē inuētio in diſpōe ꝑ vnū extra aiaꝫ. ⁊ qū ſit iſte modus p̄oꝛis ali⁹ dicet̄ ḡ pꝛius q̄uinq3 modis.

## Sermo in ſimul. Dixit:

Et ſimul dr̄ pluribus mōis. Et manifeſtioꝛ modus eſt ſimul dictū abſolute in eis quoꝝ eſt generatio in eodē tp̄e: qm̄ quꝫ nō ſit vnū eoꝝ p̄uſ ſcd̄o in temꝑe in eis ꝙ ſunt ſimul in tp̄e. Et ſcd̄o q̄ dicūt̄ ſimul ꝑ nām: ⁊ hec ſunt duob⁹ modis. pꝛimus quoꝝ ſūt res que ꝯuertunt̄ ſm ꝯ̄ntiaꝫ inuentōis.i. quꝫ inuenit̄ vnuꝫ eoꝝ inuenit̄ aliud p̄ter hoc ꝙ ſit vnū ipſoꝝ cā inuentiōis alteri ſibi cōparis: ſicut duplū ⁊ dimidiū: ⁊ quꝫ inuenitur duplū ⁊ dimidiū: ⁊ quꝫ inuenit̄ dimidiū ⁊ duplū: ⁊ nō ē vnū amboꝝ cā alterius. Et modus ſcd̄s eſt ſp̄ēs diuiſiue generis vnius.ſ. quib⁹ diuidit̄ genus diuiſione p̄ma: ſicut volatile: natatile: ⁊ greſſibile: iſte eni ſp̄ēs ſūt diuiſiue aial̄ qd̄ genus eſt ipſaꝝ: ⁊ neq3 p̄cedit vna ipſaꝝ ſuā cōparem neq3 poſterius fit: ⁊ ꝓpter hoc iam dr̄ in ſimilibus his ꝙ ſunt ſimul ꝑ naturā. Jāq3 poſſibile eſt in vnaquaq3 haꝝ ſp̄ēꝝ diuiſiuaꝝ ꝙ diuidat̄ etiā in ſp̄ēs alias: ⁊ erūt etiam ille ſimul nā: ſicut diuiſio greſſibilis in bipes ⁊ in quadrupes ⁊ multipes: ⁊ in id qd̄ nō habet pedē. Sed genera q̄dē haꝝ ſp̄ēꝝ pꝛioꝛa ſunt ipſis p̄oꝛitate nature: ⁊ illud ē qꝛ non ꝯuertūt̄ in inuentōe: qm̄ quꝫ inuenit̄ natatile inuenit̄ aial: ſed qū inuenit̄ aial non ſequit̄ ꝙ ſit natatile inuentū. Jlla ḡ que dicunt̄ ſimul per naturā ſunt ſicut diximus duobus modis: quoꝝ vnus eſt res que ꝯuertunt̄ ſm ꝯ̄ntiaꝫ inuentōis vnius ipſoꝝ a ſcd̄o p̄ter hoc ꝙ ſit vnū ipſoꝝ cā ſcd̄i: ⁊ ſcd̄us eſt ſp̄ēs que ſunt diuiſiue.ſ. diuiſa cōpare ſua ſed que dicunt̄ ſimul abſolute ſunt illa quoꝛuꝫ generatio eſt in tempoꝛe vno.

## Sermo in motu. Dixit:

Et ſp̄ēs motus ſunt ſex: generatio ⁊ oppoſitum eius.ſ. coꝛruptio: ⁊ augmentū ⁊ eius oppoſitum ſ. diminutio ⁊ alteratō: ⁊ mutatio ſm locū: ⁊ eſt qd̄ in lingua noſtra noīatur trāſlatio. Et oēs ſp̄ēs ſex manifeſtū eſt ex re ipſa ꝙ ſunt diuerſe vna.ſ. ab alia p̄ter alteratiōnē: qm̄ non putat aliq̄s ꝙ generatio ſit coꝛruptio:

neqꝫ augmentū diminutio:neqꝫ trāſlatio aliqua ipſarum In alteratiōe v̄o iā putat̄ ꝙ ipſa ⁊ reliqui motus q̄s nūerauimus ſint vnū. Et alteratio quidē eſt inuēta in oībus generibus qualitatū quatuoꝛ quos ꝯnumerauimus aut pluribus ipſoꝝ ⁊ non cōicat ei aliq̄s reliquoꝛuꝫ motuū ⁊ non cōſequit̄ eam:qm̄ in vnaquaqꝫ qualitatū non eſt neceſſe ꝙ augmentet̄ neqꝫ diminuat̄:⁊ ſimilit̄ in reliquis.neceſſe eſt ḡ ꝙ ſit motus alteratiōis pꝛeter vnūquēqꝫ reliq̄ꝝ motuū:qm̄ ſi eſſet ipſa ⁊ aliquis motuū res vna:aut ipſa eſſet quā conſequeret̄ aliquis motuū: iam eſſet neceſſe ꝙ ſit quod alterat̄ iam augmentatū aut diminutū: aut motuꝫ ꝑ motū alium ex modis motus: ⁊ non inuenit̄ res ita ⁊ eſſet etiā cōuerſuꝫ huius ꝯn̄s:⁊ eſt quia id qđ augmentat̄ aut mouet̄ motu alio iam alteraret̄ ⁊ non eſt res ita: qm̄ quadratū quꝫ ei adiungit̄ in arte geometrie id per qđ renouat̄ ſuꝑficies nomīata gnomo iam creuit ⁊ non renouat̄ in eo alteratio:⁊ ſil̄r reliquū qđ currit hoc curſu. neceſſe eſt ḡ ex hoc ꝙ ſint iſti motus qui ſunt numerati hic diuiſi vnus.ſ.ab altero: ⁊ iſta diſputatio cooperata hic ē rhetoꝛica:qm̄ nomē augmēti non dr̄ de hac intentōe niſi per mutationē ⁊ ſm veritatē.omne qđ augmentat̄ iaꝫ alterat̄ ⁊ ſimilit̄ omne qđ generat̄:ſed id qđ non ſequit̄ ut alteret̄ eſt motū in loco: veꝝ hoc totū eſt nō manifeſtum in hoc loco:⁊ ꝓpter hoc declinauit a ſufficiētia in hoc qum non ſit eius intentio ut oſtendat aliq̄d niſi ꝙ alteratio eſt pꝛeter reliquos motus. Dixit: Et motui abſolute qui eſt genus ꝯtrariat̄ quies abſolute q̄ ē genus etiā rebus quieſcētibus ⁊ motibꝰ ꝑticularibꝰ ꝯtrariant̄ quietes particulares: ⁊ motibus particularibꝰ ſicut motui locali ꝯtraria eſt quies in loco:ſicut generationi ꝯtraria eſt coꝛꝛuptio: ⁊ augmētatōni diminutio:⁊ ſimilit̄ apparet ꝙ motui ī loco cōtrarius ē motus in loco ex parte contrarietatis loci ad quē erit motus. V.g. qꝛ motus ſurſuꝫ ꝯtrarius eſt motui deoꝛſuꝫ:quꝫ ſit ſurſuꝫ ꝯtrariū deoꝛſuꝫ: ſed motui reſiduo ex motibus ⁊ eſt alatio non ē leue inuenire ꝯtrariū nō ex parte quietis neqꝫ ex parte motus: ſed ſimile ē ut cogitet̄ ꝙ non eſt ei cōtrariū niſi ponat ponēs in hac ꝙ quies oppoſita ſit ei. Et motui qui eſt in qualitate ꝯtrarius ē motꝰ qui eſt in cōtraria qualitate. ſicut enī qualitati ꝯtraria eſt qualitas:ſic ponit̄ oppoſituꝫ motui in loco quies in loco: aut motus ad ꝯtrariū illius loci ad quē eſt motus alius. V.g. qꝛ mutatio ad nigredinē ꝯtraria eſt mutatōi ad albedinē ⁊ ad quietē in albedine.

## Sermo in habere.

T habere dr̄ ſex modis: quoꝝ vnus ē ſm viaꝫ habitus ⁊ diſpōis: qꝛ nos dicimus ꝙ habemus ſciētiam ⁊ virtutē. Et ſcđus eſt ſm viā quātitatis:qm̄ dicit̄ ꝙ habemus menſurā lōgitudinis alicuꝰ rei. Et tertius ſm id qđ cōpꝛehēdit coꝛpus vel ꝑtes ipſius ſicut ānulus in digito:⁊ ſotularis in pede:⁊ iſta intētio appꝛiata eſt ꝑdicamēto habere ſm expoſitoꝛes. Quartus ſm ꝓpoꝛtionē partis ad totū ſicut ſermo noſter: habere digitū ⁊ habere pedē. Et quintus currit ſm cōſuetudinē antiquoꝝ in cōꝑatōe ipſius:⁊ ē ꝓpoꝛtio rei ad vas in q̄ ē ſicut frumēti ad vas:⁊ vini ad lagenā:qꝛ currit ꝯſuetudo eoꝝ ut dicāt ꝙ lagena habet vinū:⁊ modius frumētum. Et ſextus ſm viā poſſeſſionis: ſicut ſermo noſter habere pecuniā ⁊ habere vxoꝛē ⁊ habere domū: Dixit:niſi quia hec intentio ex intētionibus habere eſt longinquioꝛ iſtis modis ſm quos dr̄ habere:qꝛ ſermo noſter habere vxoꝛē nō ſignificat plus q̄ appꝛopinquare: Dixit: Et foꝛte apparebit ſermoni noſtro habere intentio alia ꝑter has q̄s nūerauimus qꝛ intētiōes famoſe huius dicti he ſunt quaſ numerauimꝰ:⁊ ſunt ſm iſtā cōpilationē ſufficientes.

Completa eſt expoſitio libꝛi pꝛedicamentoꝝ cum adiutoꝛio dei quā ꝯſequit̄ liber periherminias.i.interꝑtatōis.

Explicit Cōmentum Auerois ſuper libꝛum pꝛedicamentoꝛum Ariſtotelis.

Incipit li.j.peribermenias ariſtotelis.

Rimū opoꝛtet cõſtituere quid ſit nomen: ⁊ quid ſit verbum :poſtea quid affirmatio ⁊ negatio ⁊ enunciatio ⁊ oꝛatio. Sunt ergo ea que ſunt in voce earū que ſūt in aīa paſſionum note : ⁊ ea que ſcribunt̄ eoꝝ que ſūt in voce:ut quēadmodum nec littere eedem omnibus:ſic nec eedem voces. Quoꝛum autē he ꝓmoꝛū note ſunt eedem omnibus paſſiones anime ſunt:⁊ quorū he ſimilitudines ſunt res ⁊ eedem de his quidē dictum ē in his que dicta ſunt de anima:alterius eniꝫ eſt negocij. Eſt autē quēadmodum in anima aliquotiens quideꝫ intellectus ſine vero ⁊ falſo:aliquotiens autē qum iam neceſſe eſt hoꝝ alterū ineſſe:ſic etiā in voce.circa cõpoſitionem vero ⁊ diuiſionem eſt veritas falſitaſqꝫ. Nomina igitur ipſa ⁊ verba cõſimilia ſūt ſine cõpoſitione vel diuiſione itellectui:ut eſt homo vel album:quādo nõ additur aliquid: neqꝫ eniꝫ adhuc veꝝ vel falſum eſt.huius autē ſignuꝫ ħ eſt hircoceruus ſignificat aliquid : ſꝫ qȯ nõdū veꝝ vel falſum ſit:ſi non vl' eſſe vel nõ eſſe addat̄ vel ſimpliciter vel ſm̄ tēpus.

Dictio in nomine

Omen ergo eſt vox ſignificatiua ad placitum ſine tempoꝛe : cuius nulla pars ſignificatiua ē ſeparata. Jn nomine enim qȯ eſt equiferus ferus ꝑ ſe nihil ſignificat:quēamodum in oꝛatione que eſt equus ferus. At vero non quēadmodum in ſimplicibus nominibus ſic ſe habēt ⁊ in compoſitis. Jn illis enim nullo mõ pars ſignificatiua eſt : in his autem vult quideꝫ: ſed nullius ſeparati eſt: ut in eo qȯ eſt equiferus. Scd̄m v̇o placituꝫ quoniā naturaliter nomen nihil eſt:ſed qñ fit nota.nam deſignant ⁊ illitterati ſoni:ut feraꝝ quoꝝ nihil ē nomen. Nõ homo v̇o nõ eſt nomē.at vero nec poſitum eſt nomen quo illud opoꝛteat appellari:neqꝫ enim omnino aut negatio eſt:ſed ſit nomen infinitū. Catonis autē vel catoni ⁊ quecunqꝫ talia ſunt nõ ſunt nomina:ſed caſus nominuꝫ. Ratio autē eius eſt in alijs quidem eadeꝫ ſed differunt quoniā qum eſt vel fuit vel erit adiunctum neqꝫ veꝝ neqꝫ falſum eſt:nomen vero ſemper:ut catonis eſt vel non eſt:nondum eniꝫ neqꝫ aliquis dicit veꝝ neqꝫ falſum.

Dictio in verbo.

Erbum aūt eſt qȯ cõſignificat tempus:cuius pars nihil extra ſignificat ⁊ eſt ſemꝑ eoꝝ que de altero p̄dicātur nota. Dico aūt quoniaꝫ cõſignificat tempus ut curſus quidē nomen eſt:currit vero verbū.cõſignificat eniꝫ nunc eſſe: ⁊ ſemꝑ eſt eoꝝ que de altero p̄dicant̄ nota:ut eoꝝ que de ſubiecto vel i ſubiecto ſunt. Non currit autem ⁊ non laboꝛat nõ verbum dico:cõſignificat quidem tempus ⁊ ſemper de aliquo eſt:diffinite autē huic nõ ē poſitum nomen:ſed ſit infinituꝫ verbū:quoniā ſimiliter in quolibet ē:vel ꝙ eſt vel ꝙ nõ ē. Similiter autem curret vel currebat nõ eſt verbum ſed caſus verbi. Differt autē a v̇erbo:qm̄ hoc quidem p̄ſens tempus ſignificat:illa v̇o qȯ cõplectitur ipſa v̇o ſm̄ ſe dicta verba nomina ſunt ⁊ ſignificant aliquid. Cõſtituit eniꝫ qui dicit intellectū ⁊ qui audit quieſcit. Sed ſi eſt vel nõ eſt nõdum ſignificat:neqꝫ eniꝫ ſignū rei eſſe vel nõ eſſe: nec ſi hoc ipſum eſt purū dixeris ipſū quideꝫ nihil eſt cõſignificat autem quādam cõpoſitioneꝫ quā ſine cõpoſitis nõ eſt intelligere.

Sermo in oꝛatione

Ratio autē eſt vox ſignificatiua cuius partiū aliquid ſignificatiuuꝫ eſt ſeparatim:ut dictio non :ut affirmatio vel negatio. Dico autē ut homo ſignificat aliquid ſed nõ quoniā eſt aut nõ eſt:ſed erit affirmatio vel negatio ſiquid addat̄:ſed non vna nominis ſyllaba:nec in hoc quidē qȯ ē ſoꝛex rex ſignificat:ſed vox ē nūc ſola. Jn duplicibus v̇o ſignificat quidē ſed nõ ſm̄ ſe ſed quēadmodū dictuꝫ eſt. Eſt autē oꝛatio omnis quidē ſignificatiua nõ ſicut inſtrumentū:ſed quēadmodū dictum eſt ſꝫ

placitū. Enunciatiua ꝟo nō omnis: ſed illa i qua
veꝝ vel falſū eſt: nō autē in omnibus ut depꝛeca
tiua oꝛatio quidē eſt: ſꝫ neqꝫ vera neqꝫ falſa: ⁊ ce-
tere quidē relinquunt. Rhetoꝛice eniꝫ vel poeti-
ce cōuenientioꝛ cōſideratio eſt: enunciatiua vero
ꝑſentis ſpeculationis eſt. Eſt autē vna ꝑma oꝛa-
tio enūciatiua affirmatio: deinde negatio: alie ꝟo
cōiunctione vne. neceſſe eſt autem omnē oꝛatio-
nem enunciatiuam ex verbo eſſe vel caſu verbi.
Eteniꝫ hominis rationi ſi non aut eſt aut fuit aut
erit: aut aliquid [illegible] iuſmodi addatur nonduꝫ eſt
oꝛatio enunciatiu. Quare autē vnum quoddā
eſt ⁊ non multa [illegible] gresſibile bipes. neqꝫ. n.
in eo ꝙ opinq dicuntur vnum erit: eſt auteꝫ al-
ter ſus hoc tractare negocij. Eſt autē vna oꝛatio
enunciatiua que vnū de vno ſignificat: vel cōiun
ctione vna: plures ꝟo que plura: ⁊ nō vnum vel
incōiuncte. Nomen ergo ⁊ verbū dictio ſit ſola
quoniā nō eſt dicere ſic aliquid ſignificanteꝫ vo-
ce enunciare: vel aliquo interrogante vel nō: ſed
ipſo ꝓferente. Harū autē hec ſimplex quidē eſt
enunciatio: ut aliquid de aliquo: vel aliquid ab
aliquo: hec autē ex his cōiuncta velut oꝛatio q̄-
dam eſt iā cōpoſita. Eſt autē ſimplex enunciatio
vox ſignificatiua de eo qđ eſt aliquid: vel non eſt
quēadmodum tempoꝛa diuiſa ſunt. Affirmatio
vero eſt enunciatio alicuius de aliquo. Negatio
vero eſt enunciatio alicuius ab aliquo.

Capitulū qualis ē diſpoſitio in oppoſitione

Voniam aūt eſt enūciare: ⁊ qđ eſt eſſe: ⁊
qđ eſt nō eſſe: ⁊ qđ nō eſt eſſe: ⁊ qđ nō eſt
nō eſſe: ⁊ circa ea que ſunt extra pꝛeſens
tēpus. Similiter omne cōtingit qđ quis affirma
uerit negare: ⁊ qđ negauerit affirmare: quare ma
nifeſtū eſt quoniā omni affirmationi negatio eſt
oppoſita: ⁊ omni negationi affirmatio: ⁊ eſt con
tradictio affirmatio ⁊ negatō oppoſite. Dico au
tem opponi eiuſdē de eodē nō auteꝫ equiuoce ⁊
quecunqꝫ cetera taliū determinauimus cōtra ar
gumentoꝝ ſophiſticas impoꝛtunitates. Quoni
am ſunt quidē reꝝ hec vniuerſalia: illa ꝟo ſingu-
laria. Dico autē vniuerſale qđ in pluribus natuꝫ
eſt pꝛedicari. Singulare ꝟo qđ nō: ut hō quideꝫ
vniuerſale. Plato ꝟo eoꝝ que ſūt ſingularia ne-
ceſſe eſt enunciare: quoniā ineſt aliquid: aut non
ineſt: aliquotiens quidē alioꝝ alicui que ſunt vni
uerſalia: aliquotiēs quidē eoꝝ que ſunt ſingula-
ria. Si ergo vniuerſaliter enūciet i vniuerſali: qm̄
ē aut nō eſt erunt cōtrarie enunciationes. Dico
autem in vniuerſali fieri enunciationē vniuerſa-
lē: vt eſt oīs hō ē albꝰ: nullus hō ē albꝰ. Qn̄ aūt i
vniuerſalibus nō vniuerſaliter nō ſūt cōtrarie: q̄
aūt ſignificant eſt eſſe cōtraria. Dico aūt nō vni
uerſaliter enūciare in his que ſunt vniuerſalia: ut
eſt albus homo nō eſt albus hō: qum enim vni-
uerſale ſit homo: nō vniuerſaliter vtit̄ enunciatio
ne. omnis nāqꝫ nō vniuerſale eſt: ſed quoniā vni
uerſaliter cōſignificat. In eo ꝟo ꝙ vniuerſale ꝑdi
cat̄: id qđ eſt vniuerſale vl̄iter ꝑdicari nō eſt veꝝ
nulla enim affirmatio erit vera in qua de vl̄i ꝑdi-
cato vl̄iter pꝛedicet̄: ut omnis homo eſt om̄e ani
mal. Opponi autē affirmationē negationi dico
cōtradictoꝛie: que vniuerſaliter ſignificat ei q̄ nō
vl̄iter: ut omnis homo albus eſt: nō omnis ho-
mo albus eſt: quidā homo albus eſt: nullus ho-
mo albus ē. Cōtrarie ꝟo vniuerſalē affirmatōeꝫ
⁊ vl̄em negationē: ut omnis homo iuſtus ē: nul-
lus homo iuſtus eſt. Quocirca has quidem im
poſſibile ē ſimul eſſe veras. his ꝟo oppoſitas cō
tingit in eodē: non omnis homo albus eſt: ⁊ qui
dam homo albus eſt. Quecunqꝫ igit̄ cōtradicti
ones vniuerſaliū ſunt vl̄iter: neceſſe eſt alterā eſſe
verā: alteraꝫ falſam: ⁊ quecunqꝫ in ſingularibus
ſunt: ut eſt Socra. albus eſt. Socra. albus nō eſt
Quecunqꝫ autē i vl̄ibus nō vniuerſaliter: nō hec
quidē ſemꝑ vera eſt: illa ꝟo falſa. Simul eniꝫ veꝝ
eſt dicere: qm̄ eſt homo albus: nō eſt homo albꝰ
⁊ eſt homo ꝓbus ⁊ non eſt homo ꝓbus. ſi enim
turpis eſt nō ꝓbus eſt: ⁊ ē homo pulcher: ⁊ nō ē
homo pulcher: ſi eni fedus ē nō pulcher ē: ⁊ ſi fit
aliquid nō eſt. Videbit̄ aūt ſubito inconueniēs
eſſe: iccirco qm̄ videt̄ non eſt homo albus ſimul
etiā ſignificare: quoniā nemo eſt albus. Hoc aūt
neqꝫ idem ſignificat: neqꝫ ſimul neceſſario ſunt.
Manifeſtū eſt autē qm̄ negatio vna vnius affir
mationis eſt. hoc eniꝫ idē oꝫ negare negationeꝫ
qđ affirmatio affirmauit: ⁊ de eodē vl̄ de aliquo
ſingulariū: vel de aliquo vl̄ium: vel vl̄iter: vel nō
vl̄iter. Dico autē ut eſt Socra. albus: nō ē Soc.
albus. Si aūt aliud aliquid vel de alio idē: nō eſt
oppoſita: ſed erit ab eo diuerſa. Huic vero que ē
omnis hō albus eſt: illa que ē nō omnis homo
albus ē. illi autē que eſt aliquis homo albus ē: il
la que eſt nullus homo albus eſt. illi que eſt ho
mo albus: illa que eſt nō eſt homo albus. Ma
nifeſtū eſt ergo: qm̄ negationi vni: vna affirmatō
ē oppoſita. Quoniā autē alie ſunt contrarie: alie
autē cōtradictoꝛie: ⁊ que ſunt he dictū eſt: vel qn̄
nō omnis vera vel falſa contradictio: ⁊ quare ⁊
qn̄ vera vel falſa eſt. Vna autē affirmatio ⁊ nega

tio eſt que ṽnū de ṽno ſignificat: ṽel quã vl'e vni
uerſaliter: vel nõ vl'iter: ut omnis homo albus ē
nõ omnis homo albus eſt: nullus homo albus
eſt: quidã homo albus eſt: ſi albū vnū ſignificat
Si vero duobus vnū nomē poſitū eſt ex quibuſ
nõ eſt vnū nõ ē vna affirmatio. Ut ſiquis ponat
hoc nomen tunica homini ꝛ equo: ꝛ dicat tuni-
ca eſt alba: hec nõ eſt vna affirmatio nec vna ne-
gatio. nihil eniꝫ differt hec q̃ȝ dicere eſt homo al
bus ꝛ eſt equus albus. Si ergo he multa ſignifi
cant ꝛ ſunt plures manifeſtū eſt quoniaꝫ ꝛ p̄ma
multa vel nihil ſignificat: neqꝫ eniꝫ aliquid ē ho-
mo equus: quare nec in his neceſſe eſt hanc qui
dem cõtradictionē verã eſſe: illã vero falſam. In
his ergo ꝛ que ſunt ꝛ que facta ſunt: neceſſe ē af-
firmationē vel negationē verã vel falſam eſſe. In
vl'ibus quidē vl'iter: ſemꝑ hanc quidē verã: illaꝫ
ṽo falſam: ꝛ in his que ſunt ſingularia queadmo
dū dictū eſt. In his ṽo que in vl'ibus nõ vniuer
ſaliter dicunt̃ nõ eſt neceſſe. dictū eſt autem ꝛ de
his. In ſingularibus ṽo ꝛ futuris non ſimiliter.
nam ſi omnis affirmatio vel negatio vera uel fal
ſa eſt: ꝛ omne neceſſe eſt vel eſſe vel nõ eſſe: ſi hic
quidē dicat futurū aliquid: ille ṽo nõ dicat h̄ qui
dem ipſū. Manifeſtū eſt quoniã neceſſe eſt veꝝ
dicere alteꝝ ipſoꝛum: ſi omnis affirmatio vera
vel falſa eſt: vtraqꝫ eniꝫ nõ erunt ſimul in talibuſ
nam ſi veꝝ eſt dicere quoniã ē album: vel non al
bum: neceſſe eſt album eſſe vel nõ eſſe. ꝛ ſi eſſe al
bum vel nõ eſſe albū: veꝝ eſt vel affirmare vl' ne-
gare: ꝛ ſi nõ eſt mentit̃: ꝛ ſi mentit̃ non eſt. Qua-
re neceſſe eſt aut affirmationē aut negationeꝫ ve
ram eſſe vel falſã. nihil ergo neqꝫ ē neqꝫ fit neqꝫ
caſu neqꝫ vtrūlibet erit nec nõ erit: ſed ex neceſſi-
tate omnia ꝛ nõ vtrūlibet: aut eniꝫ qui dicit ve-
rus ē aut qui negat: ſimiliter eniꝫ vel fieret vel nõ
fieret. Utrūlibet eniꝫ nihil magis ſic vel nõ ſic ſe
habet aut habebit. Amplius ſi ē album nūc ve-
rum erat dicere p̄mo quoniaꝫ erit album: quare
ſemꝑ fuit veꝝ dicere quodlibet eoꝝ que facta ſūt
qm̃ erit ꝙ ſi ſemꝑ verū fuit dicere quoniaꝫ eſt vel
erit nõ poteſt hoc nõ eſſe vel nõ futurū eſſe. Qđ
autē nõ põt nõ fieri: impoſſibile eſt nõ fieri: ꝛ qđ
impoſſibile ē nõ fieri neceſſe ē fieri: omnia ergo
que futura ſunt neceſſe ē fieri. nihil igit̃ vtrūlibet
neqꝫ caſu erit: nã ſi caſu: nõ ex neceſſitate. At ṽo
nec quoniã veꝝ ē neutꝝ cõtingit dicere: ut quo-
niã neqꝫ erit neqꝫ nõ erit. p̄mum eniꝫ qum ſit af-
firmatio falſa erit negatio nõ vera: ꝛ qum hec ſit
falſa cõtingit affirmationē eſſe: nõ verã. Ad hec
ſi verum ē dicere quoniã album eſt ꝛ magnum
opoꝛtet eſſe vtrūqꝫ: ſi vero erit cras opoꝛtet eſſe
cras: ſi autem neqꝫ erit neqꝫ nõ erit cras nõ erit
vtrūlibet: ut eſt nauale bellum: opoꝛtet enim ne-
qꝫ fieri nauale bellum: neqꝫ non fieri nauale bel
lum. Que ergo contingūt inconuenientia hec
ſūt ꝛ alia huiſmodi: ſi omnis affirmationis ꝛ ne-
gationis vel in his que ſunt i vl'ibus dicunt̃ vni-
uerſaliter: vel in his que ſūt ſingularia neceſſe eſt
oppoſitarū hãc quidem veram eſſe illã ṽo falſã
Nihil autē vtrūlibet eſſe in his que fiunt: ſed om
nia eſſe vel fieri ex neceſſitate: quare nõ opoꝛte-
bit neqꝫ cõſiliari neqꝫ negociari: quoniaꝫ ſi hoc
facimus erit hoc: ſi ṽo hoc nõ erit. nihil eniꝫ ꝓ-
hibet in milleſimū annū hunc quidē dicere: hoc
futuꝝ eſſe illū ṽo nõ dicere: quare ex neceſſitate
erit quodlibet eoꝝ: qđ veꝝ erat dicere tūc. At ve
ro nec hoc differt ſi aliquis dixerit negationē vel
nõ dixerit. Manifeſtū ē eniꝫ quoniã ſic ſe habēt
res: vel ſi hic quidē affirmauerit: ille ṽo negaue-
rit. nõ eniꝫ ꝓpter negare vel affirmare erit vl' nõ
erit: nec in milleſimū annū magis q̃ȝ i quãtolibꝫ
tempoꝛe: quare ſi in omni tēpoꝛe ſic ſe hab͛at ut
vnū dicat̃ vere neceſſe erat hoc fieri: ꝛ ṽnūqđqꝫ
eoꝝ que fiūt ſic ſe habere: ut ex neceſſitate fieret.
qñ eniꝫ uere dicit quis: qm̃ erit nõ poteſt nõ fieri
ꝛ qđ factuꝫ eſt veꝝ erat dicere ſemꝑ quoniã erit.
Qđ ſi hec nõ ſunt poſſibilia: videmur eniꝫ eē p̄n
cipiū futuroꝝ: ꝛ ab eo qđ cõſiliamur atqꝫ agim⁹
aliquid. Et quoniã eſt omnino in his que nõ ſē-
per actu ſunt eſſe poſſibile in quibus vtrūqꝫ cõ-
tingit eſſe ꝛ nõ eſſe: quare fieri ꝛ nõ fieri: ꝛ multa
nobis manifeſta ſunt ſic ſe habētia: ut quoniam
hãc veſtē poſſibile ē incidi ꝛ nõ incidit̃: ſed p͛ius
exterit̃. Similiter autē ꝛ nõ incidi poſſibile ē: nõ
eniꝫ eſſet eã p͛ius exteri niſi poſſibile eſſet nõ in-
cidi: q̃re ꝛ in alijs futuris q̄ ſ̄ꝫ potentiã huiuſmo
di dicunt̃. Manifeſtū ē qm̃ nõ oĩa ex neceſſitate
vel ſunt vel fiūt. Sed alia quidē vtrūlibet ꝛ non
magis vel affirmatio vel negatio erit ṽa: alia ṽo
magis quidē in pluribus habēt alteꝝ: ſꝫ ꝯtingit
fieri alteꝝ: alteꝝ ṽo minime. Igit̃ eſſe qđ ē qñ eſt
ꝛ nõ eſſe qđ nõ ē qñ nõ ē neceſſe ē: ſꝫ nõ om̄e qđ
eſt neceſſe ē eſſe: nec qđ nõ ē neceſſe ē nõ eſſe: nõ
eni idē ē: omne qđ eſt neceſſario eſſe qñ eſt: ꝛ ſim
pliciter eē ex neceſſitate. Similiter aūt ꝛ in eo qđ
nõ ē: ꝛ in ꝯdictione eadē ratio ē. Eſſe quideꝫ vel
nõ eſſe omne neceſſe ē: ꝛ futuꝝ eſſe vel nõ eſſe: nõ
tñ diuidentē dicere ē alteꝝ neceſſario. Dico aūt
neceſſe ē ꝙ eē futuꝝ bellū nauale cras vel nõ fu-

tuꝝ eē.ſʒ nõ ſutuꝝ eſſe cras bellũ nauale neceſſe ē vel nõ futuꝝ eſſe. Futuꝝ aũt vel eſſe vel nõ eſſe neceſſe eſt. Quare qm̃ orationes ſiľiter vere ſunt queadmodũ ⁊ res ſe habẽt. Manifeſtuʒ eſt qm̃ quecunqȝ ſic ſe habẽt vt vtrũlibet ſint: ⁊ cõtraria ipſoꝝ ꝯtingere queãt neceſſe ē ſiľiter ſe habere ⁊ ꝯ̃dictiones. Qđ ꝯtingit in his que nõ ſemꝑ ſunt ⁊ nõ ſemꝑ nõ ſunt. Hoꝝ enĩ neceſſe ē alterã par tẽ ꝯ̃dictionis verã eſſe vel falſã. Non tm̃ hoc vel illud:ſʒ vtrũlibet ⁊ magis quidẽ alterã verã:non tñ iã verã vel falſã. Quare manifeſtũ eſt qm̃ nõ ē neceſſe oĩs affirmationis ⁊ negationis oppoſita rũ:hãc quidẽ verã: illã ṽo falſã eſſe. Neqȝ enim queadmodũ in his q̃ ſunt ſic ſe habẽt etiã in his que nõ ſunt poſſibilia tñ eſſe vel non eſſe: ſʒ queadmodũ dictũ eſt.

Liber p̃mus perihermenias Ariſ.finit.

## Incipit liber ſecundus perihermenias Ariſ. Ca.j.

Uoniam autẽ eſt affir- tio de aliquo ſignificãs aliquid: hoc autẽ ē vel nomen vel innominabile:vnũ autem oꝫ eſſe ⁊ de vno id qđ ē i affirmatione. Nomen autẽ dictũ eſt ⁊ innominabile prius :nõ homo eniʒ quidẽ nomen nõ dico:ſed nomẽ infinitũ : vnum eniʒ ſignificat quodãmodo infinitũ: queadmodum ⁊ nõ currit nõ verbũ dico:ſed infinituʒ verbũ. Erit autẽ omnis affirmatio uel ex nomine ⁊ verbo:vel ex infinito nomine ⁊ ṽbo. Preter verbum aũt nulla affirmatio vel negatio eſt: eſt eniʒ vel erit vel fuit:vel quecunqȝ alia huiuſmodi verba ex his ſũt q̃ ſunt poſita:cõſignificãt enĩ tempꝰ Quare p̃ma eſt affirmatio ⁊ negatio:eſt hõ nõ ē homo. deinde eſt nõ homo:nõ eſt nõ hõ. Rurſus ē omnis homo nõ ē oĩs homo:ē omnis nõ homo nõ eſt omnis nõ homo:⁊ in extrinſecis tẽporibus eadẽ ratio eſt. Qñ autem eſt tertiũ adiacens predicatur dupliciter dicunt̃ oppoſitiones.

Dico autẽ ut eſt iuſtus homo:eſt tertiũ adiacere nomẽ:vel verbũ in affirmatione:quare quatuor erunt ille:quaꝝ due quidem ad affirmationem ⁊ negationẽ ſeſe habẽt .ſm̃ cõſequentiã ut priuationes due vero minime. Dico auteʒ quoniã eſt aut iuſto adiacebit:aut nõ iuſto:quare etiã negationes quatuor eniʒ ſunt:intelligimus ṽo qđ dicit̃ ex his que ſubſcripta ſũt:eſt iuſtus hõ:huius negatio eſt nõ eſt iuſtus homo:eſt nõ iuſtus hõ huius negatio eſt:nõ eſt nõ iuſtus hõ:eſt enim h̃ loco ⁊ nõ eſt iuſto ⁊ nõ iuſto adiacet. Hec igitur queadmodũ in reſolutorijs dictũ ē ſic ſunt diſpoſita. Similiter aũt ſe habent:⁊ ſi vľis nominis ſit affirmatio:ut omnis ē homo iuſtus:nõ omnis ē homo nõ iuſtus. Sed nõ ſimiliter angulares cõtingit veras eſſe:cõtingit aũt aliquando: he due igit̃ oppoſite ſunt:alie aũt habent ad id qđ ē nõ homo:quaſi ad ſubiectũ aliquid additum:ut eſt iuſtus nõ hõ nõ eſt iuſtus nõ homo:eſt nõ iuſtꝰ nõ homo non eſt non iuſtus non homo. magis autẽ plures his nõ erũt oppoſite:he autẽ extra illas ipſe ſm̃ ſe erũt:ut vtentes eo nomine qđ ē nõ homo. In his ṽo in quibus eſt nõ cõtingit:ut ĩ eo qđ eſt currere vel ambulare idẽ faciunt ſic poſita ac ſi eſt adderet̃:ut ē currit omnis homo nõ currit omnis homo:currit omnis nõ homo :nõ currit omnis nõ homo. nõ enim dicendũ ē:non omnis homo:ſʒ nõ negatio ad id qđ eſt homo addenda ē:omnis enim nõ vniuerſale ſignificat ſed quoniã vniuerſaliter . Manifeſtũ eſt autẽ ex eo qđ eſt currit homo:nõ currit homo:currit nõ homo nõ currit nõ homo:hec eniʒ ab illis differũt eo ꝙ vniuerſaliter nõ ſunt : quare omnis vel nullus nihil ſignificãt aliud niſi qm̃ vľiter de homine vel affirmãt vel negãt :ergo ⁊ cetera eadeʒ oportet apponi. Quoniã ṽo cõtraria ē negatio ei que ē:omne animal eſt iuſtum:illa que ſignificat:qm̃ nullum animal eſt iuſtum: he quidẽ manifeſtũ ē quoniã nũqȝ erũt: neqȝ vere ſimul neqȝ in eodẽ ipſo. His ṽo oppoſite erunt aliquando ut aliquod animal iuſtũ eſt:nõ omne animal iuſtum eſt. Sequitur vero eam que eſt nullus homo ē iuſtus:illa que ē omnis homo eſt nõ iuſtꝰ Illã vero que eſt aliquis homo iuſtus ē oppoſita:quoniã nõ omnis eſt homo nõ iuſtus:neceſſe eſt eniʒ aliquẽ eſſe. Manifeſtũ eſt autẽ quoniam etiã in ſingularibus ſi eſt veꝝ interrogatum negare:quoniã ⁊ affirmare verũ eſt: ut putas ne Socra. ſapiens eſt nõ Socra. igit̃ nõ ſapiens ē. In vľibus vero non ē vera que ſimiliter dicitur

vera autem negatio eſt: ut putas ne omnis ho‑mo ſapiens ē: non omnis igitur homo non ſa‑piens ē: hoc autē falſum: ſꝫ nō igit̃ omnis homo mo ſapiēs eſt: vera ē: hec eniꝫ oppoſita ē: illa v̊o cōtraria: ille v̊o ſm infinita ꝯtra iacētes nomina vel verba: vt in eo ꝙ ē non homo vel nō iuſtus quaſi negationes ſine nomine ⁊ verbo eſſe vide‑bunt̃ ſꝫ nō ſunt: ſemper eniꝫ vel verã eſſe vel fal‑ſam neceſſe eſt negationē: qui vero dixit nō ho‑mo nihil magis de homine: ſed etiam minus ve rus vel falſus fuit ſi nō aliqd addat̃. Significat autē eſt omnis nō homo iuſtus nulli illaꝝ idem nec huic negatio oppoſita ea que ē nō ē omnis nō hō iuſtus. Illa v̊o que ē omnis homo nō iu ſtus nō homo: illi que ē nullus eſt iuſtus nō ho‑mo idē ſignificat. Tranſpoſita v̊o nomina uel v̊‑ba idem ſignificant: ut ē albus homo: ⁊ ē homo albus. nam ſi hoc nō ē eiuſdem multe erũt nega tiones: ſed oſtēſum ē quia vna vnius ē: eius eniꝫ q̃ ē eſt albus hō: negatio ē nō eſt albus hō: eius vero que ē eſt homo albus ſi nō eadē eſt ei que ē eſt albus homo erit negatio: vel ea que eſt nō eſt albus nō homo: vel ea que ē nō eſt homo al bus. Sed altera quidē ē negatio eius que eſt eſt nō homo albus: alia vero eius que ē eſt homo albus: quare erunt due vnius: quoniã igit̃ tranſ‑poſito nomine vel verbo eadē fit affirmatio vꝉ negatio manifeſtũ eſt.

Capitulũ. 2m.

At vero vnuꝫ de pluribus vel plura de vno affirmare vel negare ſi nō eſt vnum de pluribus nō ē affirmatio vel negatio vna. Dico autem vnum nō ſi vnũ nomen poſitũ ſit nō fit tamen vnũ ex illis: ut homo eſt fortaſſe animal ⁊ manſuetũ ⁊ bipes: ſed ex his vnum fit ex albo auteꝫ ⁊ homine ⁊ ambulante non ē vnũ quare nō fit vnũ aliquid de his: ſi affirmet aliqs ñ erit affirmatio vna: ſꝫ uox quidē vna: affirmati ones v̊o multe: nec ſi de vno iſta: ſed ſimiliter plu res. Si ergo dialectica interrogatio reſponſiōis eſt petitio uel ꝓpoſitionis uel alterius partis cō tradictionis: ꝓpoſitio v̊o vnius cōtradictionis ē huiuſmodi aũt interrogationi nō erit vna reſpō ſio ad hoc: neqꝫ vna interrogatio nec ſi ſit v̊a: di ctum eſt aũt de his in thopicis. Similiter auteꝫ manifeſtũ eſt quoniã nec hoc ipſum quid ē dia‑lectica interrogatio ē: ſiquis īterrogat quid ē ani mal: oportet eniꝫ ex data interrogatione hũc eli gere vtꝝ velit cōtradictionis partē quã oportet interrogantem determinare: utꝝ hoc ſit in h̄ an nō. Quoniã v̊o hic quidē predicantur cōpoſita ut vnũ ſit omne p̃dicamentũ eoꝝ que extra pre‑dicantur: alia v̊o nō que differētia ē. de homine eniꝫ veꝝ eſt dicere: ⁊ extra animal ⁊ extra bipes hoc ut vnuꝫ ē ⁊ hominē ⁊ albũ: ⁊ h̄ ut vnũ ſꝫ nō ſi ciharedus ē bonus ⁊ ciharedus bonꝰ. Si. n. quoniã altꝝ dicit̃ ⁊ vtrũqꝫ dicetur multa incon uenientia erũt. de homine eni uerũ eſt ⁊ hominē ⁊ album dicere: quare ⁊ hominē rurſus ⁊ albuꝫ ſi ⁊ album ⁊ homineꝫ: quare erit homo albus ⁊ homo albus ⁊ hoc in infinitum. Et rurſus muſi cus albus ambulans hec eadem frequenter im‑plicita. Amplius ſi Soc. ē ⁊ homo ⁊ bipes erit Socra. homo bipes. Quoniã ergo ſiquis ſim‑pliciter ponat cōplexiones fieri plurima incōue nientia ꝯtingit dicere manifeſtũ eſt: quemadmo dum ponendũ eſt nunc dicemus. Eoꝝ igitur q̃ predicantur ⁊ de quibus predicantur quecunqꝫ ſm accidens dicunt̃ uel de eodē uel alterũ de al tero: hec nō erunt vnum: ut homo albus ē ⁊ mu ſicus: ſed non eſt idē muſicus ⁊ albus: accidētia eniꝫ ſunt utraqꝫ eidē: nec ſi albũ muſicũ uerũ eſt dicere: tamen nō erit album muſicũ vnũ aliquid ſm accidēs eniꝫ album muſicũ dicet̃: quare non erit album muſicum vnũ: quocirca nec ciharedus bonus ſimpliciter ſed animal bipes: nō eni ſunt ſm accidēs. Amplius nec quecũqꝫ inſunt ī alio: quare neqꝫ albũ frequenter dictũ neqꝫ ho‑mo: neqꝫ animal uel bipes. Inſunt enim in ho‑mine animal ⁊ bipes. Veꝝ autem ē dicere de ali quo ⁊ ſimpliciter: ut quēdam hominē album eē hominem: ut quoddã album hominē album eē nō autem ſemp̲: ſed qñ in adiecto aliquid quidē oppoſitoꝝ ineſt: que cōſequitur ꝯtradictio non uerũ ſed falſum eſt: ut hominē mortuũ hominē dicerē: quãdo autē nō ineſt uerum eſt: uel etiam quãdo ineſt falſum ſemp̲ ē: quando vero nō īeſt nō ſemper uerum eſt: ut homerus eſt aliquid ut poeta: ergo etiã eſt aut non. Scđm accidēs eniꝫ predicatur eſſe de homero: quoniaꝫ ineſt ei poe‑ta: ſed non ſm ſe predicatur de homero quoniã eſt. Quare in quãtiſcunqꝫ predicamētis neqꝫ cō trarietas aliqua: aut nulla oppoſitio ineſt ſi diffi‑nitiones ꝑ nominibus reddantur: ⁊ ſm ſe predi cantur ⁊ non ſm accidens in his: ⁊ ſimplicit̃ ue‑rum erit dicere. Qđ autem non eſt: quoniã opi‑nabile eſt non ē uerum dicere eſſe aliquid: opina tio eniꝫ eius non ē quoniã eſt ſed quoniã non eſt His v̊o determinatis perſpiciendũ eſt quemad modũ ſeſe habent affirmationes ⁊ negationes

ad ſe inuicem: he.ſ. que ſunt de poſſibili eſſe ⁊ nō poſſibili: de cōtingere ⁊ nō ꝯtingere: ⁊ de ĩpoſſibili ⁊ neceſſario. Habent enim aliquas dubitationes .nā ſi eoꝝ que cōplectuntur ille ſibi inuicē oppoſite ſunt ꝯtradictiones quecunqꝫ ſm̄ ſe uel non eſſe diſponuntur: ut eius que ē eſſe hominē negatio ē non eſſe hominē: non autē ea, que ē eē nō hominem: ⁊ eius que eſt eſſe albū hominem negatio ea que eſt non eſſe album homineʒ: ſed non ea que ē eſſe nō album hominē. Si eniʒ de omnibus aut dictio eſt: aut negatio uera: qum lignū falſum ſit dicere eſſe albū hominē erit veruʒ dicere de eo eſſe nō album hominē. Qđ ſi ħ modo ⁊ in quantiſcunqꝫ eſſe nō additur: ideʒ faciet id qđ ꝓ eſſe dicitur: ut eius que eſt ambulat' homo: negatio eſt nō ea que ē ambulat nō homo ſed ea que eſt nō ambulat homo: nihil enim differt dicere hominē ambulare: uel homineʒ ambulanteʒ eſſe: quare ſi hoc modo in omnibus ⁊ eius que eſt poſſibile eſſe: negatio ē poſſibile nō eſſe non ea que eſt non poſſibile eſſe. videt̄ autē idem poſſibile eſſe ⁊ nō eſſe. Omne enim qđ eſt poſſibile diuidi vel ambulare ⁊ nō ambulare ⁊ nō diuidi poſſibile eſt. Ratio aūt ē quoniā oīe qđ ſic poſſibile eſt: nō ſemꝑ in actu eſt: quare inerit etiā negatio: poteſt igitur ⁊ nō ambulare qđ eſt ambulabile ⁊ nō videri qđ eſt viſibile. At ṽo impoſſibile ē de eodē oppoſitas eſſe veras ꝯdictiones: nō eſt igit̄ iſta negatio. Cōtingit aūt vnū ex his aut idem ipſuʒ dicere aut negare ſimul de eodem aut nō ſm̄ eſſe vel nō eſſe: que opponuntur fieri affirmationes uel negationes. Si ergo illud impoſſibile ē hoc erit magis eligendū: ē igit̄ negatio eius que eſt poſſibile eſſe: ea que eſt non poſſibile eſſe: eadem quoqꝫ ratio eſt in eo qđ eſt cōtingēs eſſe. Etenim negatio eius ē nō ꝯtingēs eſſe: ⁊ in aliis quoqꝫ ſimili modo: ut ĩ neceſſario ⁊ impoſſibili: fiunt eniʒ in illis queādmodū eſſe ⁊ nō eſſe appoſitiones: ſubiecte vero res: ut hoc quidē albū illud ṽo homo: eodē quoqꝫ modo ħ loco eſſe quidē ſubiectū ſit cōtingere ṽo ⁊ poſſe appoſitiones determinantes: queādmodū ĩ illis eſſe ⁊ nō eſſe veritatē: eius vero que eſt poſſibile eſt nō eſſe: negatio eſt nō poſſibile eſt nō eſſe. Nō eniʒ cōtradictiones ſunt ſibi inuiceʒ huiuſmodi poſſibile eſſe ⁊ poſſibile nō eſſe: quare ⁊ ſequi ſeſe inuicem videbuntur: idem eniʒ poſſibile ē eſſe ⁊ nō eſſe: ſed poſſibile eſt eſſe: ⁊ nō poſſibile ē eē nunqꝫ ſimul ſunt: opponunt̄ enim. At vero poſſibile eſt nō eſſe ⁊ nō poſſibile eſt nō eſſe: nūqꝫ ſimul ſunt. Similiter aūt ⁊ eius que ē neceſſarium eſſe nō ea que eſt neceſſariuʒ nō eſſe: ſed ea que ē nō neceſſariū eſſe: eius ṽo que ē neceſſariū eſt nō eſſe: ea que ē nō neceſſariū nō eſſe: ⁊ eius que eſt impoſſibile eſſe: nō ea que ē impoſſibile nō eſſe: ſed nō impoſſibile eſſe: eius ṽo que eſt ĩpoſſibile nō eſſe: ea que ē nō impoſſibile eſt nō eſſe. vl'iter vero queādmodū dictū eſt eſſe quidē ⁊ non eſſe oportet ponere queādmodū ſubiecta: negationē ṽo ⁊ affirmationē hoc facientē ad vnuʒ idem tantūmodo ad modum apponere: ⁊ has putare oportet eſſe oppoſitas dictiones ⁊ negationes poſſibile ⁊ nō poſſibile ꝯtingens ⁊ nō cōtingēs impoſſibile ⁊ nō impoſſibile: neceſſariū ⁊ nō neceſſariū: veꝝ ⁊ nō veꝝ. Cōſequentie ṽo ſm̄ ordinē fiunt ita ponentibus. Illi enim que eſt poſſibile ē eſſe: illa que eſt cōtingens eſſe: ⁊ hec illi ꝯuertitur ⁊ non impoſſibile eſſe ⁊ nō neceſſariū eſſe: Illi ṽo que eſt poſſibile nō eſſe: ⁊ contingēs non eſſe: ea que ē nō neceſſariū nō eē: ⁊ nō impoſſibile non eē. Illi vero que eſt nō poſſibile eē ⁊ non ꝯtingens eē ea que eſt neceſſarium nō eſſe ⁊ impoſſibile eſſe. Illi ṽo que ē non poſſibile nō eſſe ⁊ non ꝯtingēſ nō eſſe: illa que eſt neceſſe ē eē: ⁊ ĩpoſſibile nō eſſe: ꝯſideret̄ autem ex ſubſcriptione queādmodū dicimus.

| | |
|---|---|
| Poſſibile ē eſſe. | Contigens ē eſſe. |
| Poſſibile ē non eſſe. | Contingēs non eſſe. |
| Non poſſibile ē eſſe. | Non ꝯtingens eſſe. |
| Non poſſibile ē non eē. | Non ꝯtingēs non eſſe |
| Non impoſ. eſt eſſe. | Non neceſſe eſt eſſe. |
| Non impoſ. ē non eē. | Non neceſſe ē non eſſe |
| Impoſſibile ē eſſe. | Neceſſe ē non eſſe. |
| Impoſſibile ē non eſſe. | Neceſſe eſt eſſe. |

Ergo impoſſibile ⁊ non impoſſibile illud quod eſt ꝯtingens ⁊ poſſibile ⁊ non contingēs ⁊ non poſſibile ſequitur quidem contradictorie ſed ꝯuerſim. Illud eniʒ qđ ē poſſibile eſſe negatio ſequit̄ ĩpoſſibile: negationē ṽo affirmatio. Illud enim qđ ē nō poſſibile eē: illud quidē qđ eſt impoſſibile eē: affirmatio eniʒ erit poſſibile eſſe: nō poſſibile ṽo negatio: neceſſarium ṽo queādmodū ſit ꝯſiderādū eſt. Manifeſtū eſt auteʒ qm̄ non eodem modo ſʒ ꝯtrarie ſequuntur. Contradictorie aūt ſunt extra: nō eniʒ ē negatio eius qđ eſt neceſſe nō eſſe: nō neceſſe ē eſſe: ꝯtingit eniʒ eē veras vtraſqꝫ in eodē: qđ eniʒ ē neceſſariū nō eē nō eſt neceſſariū eſſe. cauſa aūt ē cur nō ſequitur ſimiliter cū ceteris: quoniā ꝯtrarie ĩpoſſibile redditur idē valēs neceſſario: nam ſi ĩpoſſibile ē eſſe

neceſſe ē nō eſſe. Si ꝟo impoſſibile eſt hoc non eſſe: neceſſariū ē eſſe. At certe impoſſibile ē ſic poni neceſſarij ꝯtradictiones. nā qđ ē neceſſariū eē poſſibile ē eſſe: nā ſi non negatio ꝯſequit̄: neceſſe eni eſt aut dicere aut negare: quare ſi nō poſſibile eſt eſſe: impoſſibile ē eſſe: igitur impoſſibile eſt eſſe qđ neceſſe eſt eſſe: qđ ē incōueniēs. At ꝟo illud qđ eſt poſſibile eſſe: nō impoſſibile eē ſequitur: hoc ꝟo illud qđ ē nō neceſſariū eſt eſſe: quare ꝯtingit qđ eſt neceſſariuꝫ eſſe nō neceſſariū eē qđ ē inconueniēs. At ꝟo neqꝫ neceſſariū eē ſeqtur poſſibile eſſe: neqꝫ neceſſariū nō eſſe. Illi.n. vtraqꝫ cōtingit accidere: hoꝝ autē vtrūlibet veruꝫ fuerit nō erūt illa vera. Simul eniꝫ poſſibile eſſe ⁊ nō eſſe: ſi ꝟo nō neceſſe ē eſſe vel nō eſſe nō erit poſſibile vtrūqꝫ. Reliqua ergo nō neceſſarium nō eē ei qđ eſt poſſibile eſt eſſe: hoc eni verū ē: ⁊ de neceſſe nō eſſe: hec enim fit ꝯtradictio eiuſ que ſequitur nō poſſibile eē. Illud eniꝫ ſequitur hoc qđ eſt impoſſibile eē ⁊ neceſſe nō eſſe: cuius negatio ē nō neceſſe nō eſſe. Sequunt̄ eniꝫ ⁊ he ꝯtradictiones ẜm p̄dictū modū ⁊ nihil impoſſibile ꝯtingit ſic poſitis.

| | |
|---|---|
| Poſſibile ē eſſe. | Cōtingit eſſe. |
| Poſſibile ē nō eſſe. | Cōtingit nō eſſe. |
| Nō poſſibile ē eſſe. | Nō ꝯtingit eſſe. |
| Nō poſ.eſt nō eſſe. | Non ꝯtingit nō eſſe. |
| Nō impoſ.eſt eſſe. | Nō neceſſe ē nō eſſe. |
| Nō impoſ.ē nō eſſe. | Nō neceſſe ē eſſe. |
| Impoſſibile ē eſſe. | Neceſſe ē nō eſſe. |
| Impoſſibile ē nō eſſe. | Neceſſe eſt eſſe. |

Dubitabit autem aliquis ſi illud quod eſt neceſſariū eſſe poſſibile ſequatur. nam ſi non ſequatur contradictio ſequitur non poſſibile eſſe ⁊ ſiquis dicat nō hāc eſſe ꝯtradictionē: neceſſe ē ipſum dicere poſſibile non eē: ſꝫ vtreqꝫ falſe ſunt de neceſſe eē. At ꝟo rurſus idē uidet̄ eē poſſibile aliquid incidi ⁊ non incidi ⁊ eē ⁊ non eē. Quare erit neceſſe eē ꝯtingere nō eē: hoc autē falſum eſt. Manifeſtum ē autē quoniā nō omne poſſibile vel eē vel ambulare ad oppoſita valet. Sꝫ eſt in quibus non ſit veꝝ: ⁊ primū quidē in his q̄ non ẜm rationem poſſunt: ut ignis calefactibilis eſt ⁊ hꝫ vim irrationabilē: ergo ẜm rationē poteſtateſ ſunt eedē plurimoꝝ etiā ꝯtrarioꝝ ſunt. Irrationobiles ꝟo non omnes: ſed quēadmodū ignem non eē poſſibile non calefacere vel quecūqꝫ alia ſemꝑ agūt. Alia ꝟo poſſunt ⁊ ẜm irrationabiles poteſtates ſimul quedā oppoſita: ſed hoc iccirco dictū ē: quoniā non omnis poteſtas oppoſitoꝝ ē: neqꝫ quecūqꝫ ẜm eadē ſpecie dicunt̄. Quedaꝫ ꝟo poteſtates equiuoce ſunt: poſſibile eē eniꝫ nō ſimpliciter dicitur: ſꝫ hoc quidē qđ veruꝫ eſt ut ī actu: ut poſſibile ē ambulare: quoniaꝫ ambulat iam: ⁊ omnino poſſibile eſt eſſe: quoniā ē iā aliquid actu qđ dicitur poſſibile. Illud ꝟo qđ forſitan aget ut poſſibile ē ambulare quoniā ambulabit: ⁊ hec quidē in ſolis mobilibus eſt poteſtaſ illa ꝟo ⁊ in immobilibus vtriſqꝫ ꝟo veꝝ eſt dicere non impoſſibile eſſe ambulare: ⁊ qđ ambulat iā ⁊ agit ⁊ ambulabile ē: hoc igit̄ poſſibile non ē veꝝ de neceſſario ſimpliciter dicere: alteꝝ autem veꝝ ē. Quare quoniā partē vniuerſale ſequit̄ illud qđ ex neceſſitate ē conſequit̄ poſſe eē: ſꝫ non omnino. Et eſt fortaſſe quidē p̄ncipium qđ neceſſariū ē: ⁊ qđ non neceſſariū eſt omniū vel eſſe vel non eſſe: ⁊ alia quēadmodū hoꝝ ꝯſequentia ꝯſiderare oportet.

| | |
|---|---|
| Non neceſſe ē nō eſſe. | Poſſibile ē eſſe. |
| Nō neceſſe ē eſſe. | Poſſibile eſt nō eſſe. |
| Neceſſe ē nō eſſe. | Nō poſſibile ē eſſe. |
| Neceſſe eſt eſſe. | Nō poſ.eſt nō eſſe. |
| Cōtingit eſſe. | Nō impoſſibile ē eſſe. |
| Cōtingit nō eſſe. | Nō impoſ. ē nō eſſe. |
| Nō cōtingit eſſe. | Impoſſibile ē eſſe. |
| Nō ꝯtingit nō eſſe. | Impoſſibile ē nō eſſe. |

Manifeſtuꝫ ē aūt ex his que dicta ſūt: quoniam qđ ex neceſſitate eſt ẜm actuꝫ eſt. Quare ſi priora ſūt ſempiterna ⁊ q̄ actu ſunt poteſtate priora ſūt: ⁊ hec ſine poteſtate actu ſunt: ut p̄me ſubſtantie. Alia ꝟo ſunt actu cū poſſibilitate que natura priora ſunt tēpore ꝟo poſteriora : alia vero nunqꝫ ſunt actu ſed poteſtate tm̄. Utꝝ auteꝫ contraria eſt affirmatio negationi : ⁊ oratio orationi que dicit quoniā omnis homo iuſtus eſt: ei que eſt nullus homo iuſtus eſt: aut omnis homo iuſtus eſt: ei que ē omnis homo iniuſtuſ eſt. callias iuſtus eſt: callias iuſtus nō eſt: callias iniuſtus ē que hoꝝ contraria eſt. Nam ſi ea que ſunt in voce ſequentur ea que ſunt in anima: illic autem cōtraria ē opinio cōtrarij: ut omnis homo iuſtus ē ei que eſt omnis homo iniuſtus eſt: ⁊ etiā in his que ſunt in voce affirmationibus neceſſe ē ſimiliter ſe habere. Qđ ſi neqꝫ illic contrarij opinatio cōtraria eſt: nec affirmatio affirmationi cōtraria erit: ſed ea que dicta eſt negatio. Quare cōſiderādum eſt cui opinio vera opinioni falſe cōtraria ē vtrum negationi an certe ei que contrarium eſſe opinatur. Dico autem hoc modo eſt quedā opinatio vera boni: quoniā bonū eſt: alia ꝟo quoni

am̄ bonū nō eſt falſa:alia v̄o falſa quoniā maluꝫ eſt:que hoꝝ cōtraria ē vere:⁊ ſi eſt vna ſcḋm quaꝫ cōtraria eſt. Naꝫ arbitrari cōtrarias opiniones differri in eo qḋ cōtrarioꝝ ſunt:falſū ē. Boni.n. quoniā bonū eſt:⁊ mali:quoniā malū eſt: eadeꝫ fortaſſe opinio ē etiam vera:ſiue plures ſiue vna ſint. Sunt autem iſta cōtraria ſed nō in eo ꝙ cōtrarioꝝ ſunt contrarie:ſed magis in eo ꝙ cōtrarie. Si ergo boni:quoniā bonū ē opinatio ē:aut quoniā nō eſt bonū:eſt v̄o quoniā aliud aliquid eſt qḋ nō eſt:neqꝫ poteſt eſſe: aliaꝝ quideꝫ nulla ponēda eſt:neqꝫ quecunqꝫ eſſe ꝙ nō eſt opinaṫ neqꝫ quecunqꝫ nō eſſe ꝙ eſt. Infinita eniꝫ vtraqꝫ ſunt ⁊ que eſſe opinanṫ ꝙ nō eſt: ⁊ que nō eē ꝙ eſt:ſed in quibus fallacia eſt. Hec auteꝫ eſt ex his ex quibus ſunt ⁊ generationes:ex oppoſitis v̄o ⁊ generationes fiunt:quare etiam fallacia. Si ergo ꝙ bonū eſt ⁊ bonum ⁊ malū nō eſt:⁊ hoc quidem ſcḋm ſe:illud v̄o ſcḋm accidēs:accidit eni ei malū non eſſe. magis autē in vnoquoqꝫ eſt que ſcḋm ſe vera eſt:etiā falſa:ſiquidē ⁊ vera:ergo ea q̄ eſt quoniā nō eſt bonū ꝙ bonū eſt ſcḋm ſe ꝯſiſtēs falſa ē. Illa vero que ē quoniā malū ē eius que ē ſcḋm accidēs:quare magis erit falſa de bono ea q̄ ē negationis opinio q̄ꝫ ea que eſt cōtrarij. falſus autē eſt magis circa ſingularia qui habet ꝯ̄riam opinionē. cōtrariū eniꝫ ē eoꝝ que plurimū circa idem differunt. Qḋ ſi haꝝ cōtraria ē altera magis v̄o cōtradictionis ē cōtraria: manifeſtum eſt quoniā hec erit cōtraria. Illa v̄o que eſt quoniā malū eſt ꝙ bonū eſt implicita ē. Eteniꝫ quoniaꝫ nō bonū eſt neceſſe ē idē ipſum opinari. His ergo ita poſitis quoniā ꝯtrarij opinio non eſt ſimplex:ſimplex v̄o negationis:neceſſe eſt ut contra ſimplicē opinionē ſimplex potius videatur eſſe contraria. Eſt autē ſimplex opinio boni:quoniam bonum eſt vera. Simplex vero boni quoniam bonū nō eſt falſa. Simplici igiṫ opinioni de bono quoniā bonū eſt erit cōtraria ſimplex negationis.ſ. que ē boni quoniā nō bonū. Amplius ſi etiā in alijs ſimiliter ſe oporꝫ habere ⁊ hoc videtur bene eſſe dictū:aut eniꝫ vbiqꝫ ea que eſt cōtradictionis aut nuſq̄ꝫ. Quibus v̄o nō eſt contrarium de his quidē eſt falſa ea que eſt vere oppoſita:ut qui hominē nō putat hominē falſus ē Si ergo he cōtrarie ſunt ⁊ alie contradictiones. Amplius ſimiliter ſe hꝫ boni: quoniā bonuꝫ eſt ⁊ nō boni:quoniā nō bonū eſt: ⁊ ſup has boni quoniā nō bonū eſt:⁊ nō boni quoniā bonū eſt Illi ergo que ē nō boni quoniā nō bonū eſt vere opinationi que ē cōtraria:nō eni ea que dicit quoniā malū eſt:ſimul eni aliq̄n erūt vere: nūq̄ꝫ eni vera vere eſt cōtraria:etenim quoddā nō bonum malū:quare cōtingit ſimul eē veras. At v̄o nec illa que eſt nō malū:ſimul eniꝫ ⁊ he erūt: relinquiṫ ergo ei que ē nō bonū:quoniā nō bonū ē cōtraria ea que ē nō eſt boni:quoniā ē bonum quare ⁊ ei que ē boni quoniā bonū ē:ea que eſt boni:quoniā nō bonū eſt. Manifeſtū ē igiṫ:qm̄ nihil intereſt:nec ſi vniuerſaliter ponamus affirmationē:huic eniꝫ vniuerſalis negatio erit ꝯtraria ut opinioni que opinaṫ:quoniā omne qḋ eſt bonū bonū eſt:ea que ē quoniā nihil hoꝝ q̄ bona ſunt bonū eſt. Nā eius que eſt boni quoniaꝫ bonū eſt:ſi vniuerſaliter ſit bonū:eadē eſt q̄ opinatur quicquid bonū eſt:quoniā bonū ē. Similiter aūt ⁊ in nō bono quare ſi in opinione ſic ſe habēt. Sunt aūt he que ſūt in uoce affirmatōes ⁊ negationes note eoꝝ que ſūt in anima. Manifeſtū eſt autē quoniā affirmationi cōtraria quidē negatio ē circa idē vniuerſalis:ut ei que eſt quoniā omne bonū bonū eſt:vel quoniā omnis hō bonus eſt ea que eſt quoniam nulluꝫ vel nullus Cōtradictorie autē:aut non omnis homo: aut non omne. Manifeſtnm ē autem quoniaꝫ ⁊ veam vere nō ꝯtingit eſſe cōtrariam nec in opinione nec in cōtradictione. Cōtraria ergo ſūt que circa oppoſita idem ſunt:circa eaſdem autem cōtingit verū dicere eundē:ſimul autem nō ꝯtingit eidem ineſſe contraria.

Liber ſcḋus Ariſtotelis philoſophoꝝ p̄ncipis perihermenias finit.

# Cõmentū Auerois ſuper libruꝫ perihermenias Ariſtotelis.

T oportet ut dicamus primo quid eſt nomen ⁊ quid ē verbū. Deide dicemus poſt hec quid affirmatio ⁊ negatio: ⁊ vniuerſaliter quid eſt enunciatio ⁊ oratō ⁊ dictio que eſt genus affirmationis ⁊ negationis

Dicemus ergo ꝙ dictiones quibus ratiocinatᷣ ſignificāt p̄mo intentiones que ſunt in anima: ⁊ littere que ſcribunt ſignificāt p̄mo verba: ⁊ quēadmodum littere ſcripte .ſ. ſcriptura nō eſt vna ⁊ eadē omnibus gentibus: ſimiliter v̄ba ⁊ dictiones quibus interpretatur de intentionibus nō ſunt vna ⁊ eadē apud omnes gentes: ⁊ ꝓpter hoc ē ſignificatio horum ad placitū ꝑ ꝯcordiam nō per naturā: ſed intentiões que ſunt in anima ſunt exēpla ⁊ ſignificātes ipſas .ſ. res q̄ ſunt vne ⁊ inuente ꝑ naturā omnibus. Dictio autē in mō do ſignificationis inuētionū que ſunt in anima ſuꝑ res inuentas extra animā ē alterius ſcientie ab hac. Jāqꝫ locutus eſt in eo in libro de anima: ⁊ verba ſimilant intētionibus intellectis in eo ꝙ quēadmodū res multotiēs ē intellecta preter ꝙ diſponatur ꝑ veritatē aut falſitateꝫ: ſimiliter ⁊ v̄bū multotiēs ē ſcitū p̄ter qȯ diſponat ꝑ veritatē: neqꝫ per falſitatē: ⁊ quēadmodum mnltotiens eſt intellectū ex re diſpoſitū ꝑ veritatē ⁊ falſitatē: ſimiliter v̄bum erit ſcitū diſpoſitū ꝑ veꝝ ⁊ falſum. Veꝝ nāqꝫ ⁊ falſum ſequuntur intētiones intellectas: ⁊ verba ſignificantia ipſas: qum cōponuntur ad inuicē aut diuiduntur ab inuicē: ſed qū accipiunt ſeparata nō ſignificant veꝝ neqꝫ falſū. Et nomen ⁊ verbū aſſimilant intētionibus ſimplicibus: que nō ſūt vere neqꝫ falſe: ⁊ ſunt ille que inneniunt p̄ter diuiſionē ⁊ cōpoſitionē. V.g. Sermo noſter homo ⁊ albus quoniā quꝫ nō cōiungit eis eſt adhuc neqꝫ veꝝ neqꝫ falſū ſignificāt: ſꝫ ſignificant rē cui innuitur p̄ter qȯ diſponatur res illa per veꝝ aut falſum: ⁊ ꝓpter hoc ſermo noſter hircoceruus ⁊ anchagaribach nō diſponitur per veꝝ neqꝫ falſū duꝫ nō cōiungitur cum eo ſermo noſter: inuenit aut nō inuenitur aut abſolute aut in tēpore: ⁊ dicat hircoceruus inuentus aut hircoceruus nō inuentus: aut hircoceruus inuenitur aut nō innenitur.

## Dictio in nomine.

T nomen ē dictio ſignificās ad placitū intentionem expoliatā a tēpore preter qȯ ſignificet partiuꝫ ipſius: qum diuidit partē illius intentionis ſiue ſit nomen diuiſū ſimplex: ſicut petrus ⁊ paulus: aut cōpoſitū ſicut ſeruus regis qȯ eſt nomen hominis: ⁊ illud

27

eſt ꝙ ſeruus regis qȯ eſt nomē hominis: qum ſeparat ab eo ſeruus: aut regis nō ſignificat partem illius iutentionis quēadmodū ſignificat cōiuncter amboꝝ: quēadmodum ſignificat illud in ſermone noſtro ſeruus regis qum volumus ꝙ ipſe ſeruus regis: quoniā ſeruus ſignificat hic partē intentionis: ſed differētia inter nomina ſimplicia ⁊ nomina cōpoſita. V.g. Abdelbeais ⁊ babalbethe quia nominia pars ſimplicis que eſt inciſio vna iciſionū ex quibꝰ cōponit nomē nō ſignificat aliquid penitus nō per ſe neqꝫ ꝑ accidēs: ſicut pe. petri: ⁊ pars nominis cōpoſiti nō ſignificat ſeparata niſi per accidēs: ſicut ſi accidat illi cuius nomē ē ſeruus regis ut ſit ſeruus regis: additur nāqꝫ in diffinitione nominis ꝑ cōcordiam: ꝓpterea qꝛ dictiones quibus ſermocinant gentes nō ſignificant per naturā: ſicut multa ex dictionibus quibus dicunt animalia que ſunt dictiões que nō ſcribuntur: quoniā dictiones quibus balbutiunt plura ex animalibus ſunt cōpoſita ex inciſionibus ex quibus cōponuntur dictiones: quibus loquit homo: aut ex inciſionibus cōpoſitis ex litteris ſibi appropinquātibus i exitu ⁊ ſunt ſignificantes inuētiones per ſe aīas .ſ. apȯ animalia. Et nominiſ aliud eſt finitū: aliud infinitū ē. ⁊ finitū quidem nomē eſt qȯ ſignificat habitū: ſicut homo ⁊ equꝰ infinitū nomē eſt compoſitū ex nomine habitus: ⁊ negatiua particula nō in lingua in qua agit iſta ſpecies nominis ſicut ſermo noſter nō homo nō animal: ⁊ iſte modus nominū nominat nomē infinitū: quoniā nō decet ut nominetur nomen abſolute: qum nō ſignificet habitū: neqꝫ etiaꝫ ē ſermo negatiuus: qꝛ ipſius ſignificatio ē ſignificatio nominis ſimplicis q̄uis ſit cōpoſitum: ⁊ ꝓpter illud iā ſequitur ipſum pars negatiua: ſicut ſequitur nomen finitū. Et nomē etiā qum genitiuat aut acuſatiuat: aut mutat mutatione alia huiuſmodi: nō dicit nomē abſolute: ſed nomen declinatum .i. obliquū. Erunt igit nomina quedā declinata: ⁊ quedā nō declinata: ſed differētia qua diffinit nomen cōprehēdit ea omnia: niſi qꝛ differentia eſt inter declinatū ⁊ nō declinatū: ⁊ illud ē manifeſtū in lingua arabica ꝙ qū addit nominibus declinatis que nominant declinātia: fuit aut erit aut eſt: ⁊ dicit petrū fuit per acuſatiuū: aut petri per genetiuū: nō erit veꝝ neqꝫ falſū: ſed nomē nō declinatum ⁊ eſt illud qȯ dicitur rectum qū additur vnū ex iſtis erit veꝝ aut falſum: ſicut ſmo noſter petrus fuit: aut martinus inuenit. Et hoc eſt qȯ rememoratus eſt ex diffinitione nominis ⁊ modoꝝ ipſius.

## Dictio in verbo

T verbū qȯ nominat apud arabes actio eſt dictio ſignificās intentionē ⁊ tēpus illius intentionis ꝓuenientiſ in vno triū tempoꝝ: que ſunt p̄teritū ⁊ preſens ⁊ futuꝝ: neqꝫ aliqua partiū eius ſignificat etiā ſeparata: ⁊ hoc ꝑ ſe. Et ꝓprium verbi eſt ꝙ ſit ſemper appoſitū: ⁊ nō ſuppoſitū p̄dicatum ⁊ nō ſubiectū: ⁊ ꝓpter

illud ſignificat ſemper intẽtionẽ de cuius ꝓpꝛietate ẽ ut ꝑ-
dicetur de alio: ⁊ illud quidẽ fit ut ſit ſm foꝛmã ſuã ſignifi
cans intẽtionẽ pꝛedicati ⁊ cõiunctionẽ ꝑdicati cũ ſubiecto
⁊ illud quum erit appoſitũ per ſe: ſicut quum dicimus Soc.
ſanat: ⁊ Soc. ambulat: aut ut ſit foꝛma ſignificãs colligati
onẽ ꝑdicati cũ ſubiecto: qũ erit pꝛedicatum nomen ex no
minibus: ſicut quum dicimus Socra. inuenit animal: ⁊ ꝑ
dicatũ qͦd ſignificat colligationem ſuam cũ ſubiecto: aut ẽ
ex eo qͦd dicitur in ſubiecto: ⁊ illud qũ fuerit accidẽs in
ſubiecto: ut ẽ ex eo qͦd dicit de ſubiecto qñ eſt ſubiectuꝫ
pars ꝑdicati. Et qͦd addit in diffinitione verbi ꝗ eſt ſigni-
ficans cũ eo qͦd ſignificat intẽtionẽ ⁊ tempus illius intenti
onis eſt differẽtia qua differt verbũ a nomine: ⁊ illud eſt
quia ſermo noſter ſanat eſt ſignificans qͦd ſignificat ſermo
nr̃ ſanitas qͦd ẽ nomẽ: ⁊ tp̃s pñs aut futuꝝ: qꝛ pñs aut fu-
tuꝝ apud arabes ẽ ꝯfuſũ ⁊ vnã hꝫ ꝓlationeꝫ in quibꝰ in
uenitur ſanitas. Et ex verbo eſt etiã finitum ⁊ infinitum
⁊ verbum finitũ eſt qͦd ſignificat intentionẽ quã ſignificat
nomen finitũ: ⁊ tempus illius intẽtionis. Et infinitũ v̄buꝫ
eſt qͦd ſignificat illud qͦd ſignificat nomen infinitũ ⁊ tẽpus
illius intentionis: ⁊ illud eſt pꝛiuatio qͦd ſignificat nomen
finitum. ſ. pꝛiuatio que diffinita eſt in libꝛo pꝛedicamento
rum: ſicut ſermo noſter non ſanatur: ipſe nanqꝫ ſignificat
id qͦd ſignificat ſermo noſter nõ ſanitas ⁊ tempus illius i-
tẽtionis: ⁊ verbum infinitũ eſt ſpecies ſpecieꝝ verbi qũ ſit
intrãs diffinitionẽ verbi pꝛecedentem abſolute: ⁊ inuenia
tur ei ꝓpꝛium verbi pꝛecedẽs: ⁊ eſt ꝗ ſemꝑ ſignificat id de
cuius ꝓpꝛietate eſt ut pꝛedicetur de alio pꝛedicatione alicu
ius de ſubiecto aut in ſubiecto: ⁊ nominat quidem h̃ mo-
dus verbi verbum infinitum: ꝓpterea qꝛ eſt deriuatum a
nomine infinito: ⁊ hec ſpecies verbi nõ inuenitur i lingua
arabica: ſicut nomen infinitũ eſt non inuentum. Et ex ver
bo eſt declinatum ⁊ non declinatum: ⁊ eſt illud de quo di
citur nomen verbi abſolute: ⁊ verbum nõ declinatũ ẽ qͦd
ſignificat in lingua multaꝝ gentiũ tempus pꝛeſens ⁊ decli
natum eſt qͦd ſignificat tempus qͦd inuenitur circundans
tempus pꝛeſens ⁊ eſt tempus pꝛeteritũ ⁊ futuꝝ: ⁊ nõ tem-
poꝛe pꝛeſenti foꝛma ꝓpꝛia in lingna arabica: ſed foꝛma q̃-
dem que inuenit in lingua arabica eſt cõmunis pꝛeſenti ⁊
futuro: ſicut verbi. g. ſanatur ⁊ ibit: ⁊ ꝓpter hoc dixerũt
quidam grammaticoꝝ ꝗ quum volunt appꝛopꝛiare futu-
ro faciunt intrare verbum. ſ. aſcaſ: ⁊ dicũt ſcebiſib aut ſci
bambiſſib. Et tempus pꝛeſens ẽ tempus qͦd accipit intel-
lectus exiſtens iu actu ⁊ cui innuitur. V. g. hec hoꝛa ⁊ h̃ i-
ſtans: ⁊ ꝓpter hoc dicitur nomen tempoꝛis de hoc abſo-
lute. Et qũ h̃ ſit magis ſcitum apud vulgus ⁊ eſt in relatio
ne ad ipſum: ⁊ non intelligit tempus pꝛeteritum ⁊ futurũ
quia pꝛeteritum eſt pꝛecedens hoc tempus ⁊ futuꝝ eſt po
ſterius ab eo. Sed vtꝝ illud qͦd imaginamur ex tempoꝛe
pꝛeſenti habeat eſſe ſicut imaginamur an non habeat eſſe
illud nõ eſt qũo indigeamus in hoc loco. Et verbum ſimi
latur nomini: ⁊ cõmunicat ei in hoc ꝗ quum dicitur ſepa-
ratum intelligitur ex eo intentio ſufficiens per ſe: ſicut illͦd
qͦd intelligitnr ex nomine quum dicit ſeparatũ ꝑ ſe: ⁊ pꝛo-
pter hoc quum audit illud audiẽs ſufficit ſibi niſi quia nõ
intelligit ex intentione conſecuta ꝗ aliquid ſit adhuc exi-
ſtens aut nõ exiſtens. V. g. aut erit hoc quando eſt h̃ ver-
bum appoſitum per ſe: ſed quum erit copula quia non in-
telligitur ex eo intentio ſufficiens ꝑ ſeipſuꝫ ſic diſpoſitio co
pule: quoniam quidẽ ſignificat tũc cõpoſitionem pꝛedica-
ti cũ ſubiecto: neqꝫ eſt via ad intelligendũ cõpoſitioneꝫ ꝑ-
ter intellectum rerũ cõpoſitarum: ⁊ hoc erit apud copula-
tionem ipſius. V. g. Socra. inuenitur ſapiens: aut nõ inue
nitur ſapiens: erit ergo verbum duobus modis: modus
qui intelligitur per ſe: ⁊ eſt verbum qͦd ꝑ ſe eſt appoſitum
⁊ modus qui nõ intelligitur per ſe: ⁊ eſt verbum copulati
uum qͦd nominatur eſſentiale. Et hoc qͦd dixit in diffiniti
one nominis ⁊ verbi ⁊ ſcientia modoꝝ ipſoꝝ hic neceſſa
rioꝛum ſunt quibus diuerſificatur enunciatio ꝑ ipſoꝛũ di
uerſitatẽ. Sed de ſyncathegoꝛematibus rememoꝛabit in
libꝛo vero ſuum.

## Sermo in oꝛatione

T oꝛatio eſt dictio cuius vna partiũꝫ ſignificat pꝛimarum. i. ſimpliciũꝫ iam per ſe ſignificat ſm modũ intellectus imaginationis non ſm modũ affirmationis ⁊ negationis. V. g. homo eſt animal: quoni am dictio que eſt homo que eſt pars eius ſignificat aliq̃d ſm modũ imaginationis: ⁊ nõ ſm modũ ꝗ hoc aliquid ẽ inuentum aut nõ inuentũ: ⁊ ſimiliter dictio que eſt ani-
mal que eſt pars ſecũda huius oꝛationis. Et hoc qͦd acci-
pit in diffinitione oꝛationis ꝗ vna partiũ eius pꝛimarum
ſignificat ſm ſe ſeparata: eſt differentia qua differt oꝛatio
a nomine: quoniã nominis ſimplicis pars que eſt ſyllaba
nõ ſignificat aliqiud penitus nominis q̃ cõpoſiti nõ ſignifi
cat pars aliquid niſi per accidens. V. g. ut accidit homini
cuius nomen eſt ſeruus regis ꝗ ſit ſeruus regi. Et oꝛatio
quidem ſignificat ſm viaꝫ cõcoꝛdie ⁊ non per naturã: ne-
qꝫ ſm viam ut omni intentioni cõpoſite ſit dictam ſermo
ſculpens eam per naturã: ⁊ ſignificans eã pꝛeter ꝗ inueni
atur illa ſignificatio in alia dictione ab illa: ſicut nõ inue-
nitur actio inſtrumenti aliũ inſtrumento qꝛ quibuſdã ap-
paret ꝗ dictiones hoc modo ſignificant: ⁊ quiduſdã aliis
videt ꝗ dictiones ſignificant per naturam abſqꝫ eo ꝗ ſit
nobis electio cõpoſitionis poſitiue: neqꝫ electio cõpoſiti-
onis naturalis: ⁊ hec ſentẽtia illius cui videt ꝗ ſit hec cõ-
poſitio dictionis ꝑ naturam ſignificans inuentionem ⁊ in
tentionem. Et oꝛatio quedam ẽ perfecta quedam imperfe
cta: ⁊ perfecta quedam eſt ſentẽtia ⁊ quedam nõ: ſicut de-
mãdatio ⁊ ꝓhibitio. Et intentio hic quidem eſt loqui in
oꝛatione enũciatiua: ſed de oꝛationibus imperfectis que

ſunt preter eaꝫ loquit̄ in libro rhetorice ⁊ poetice:ſicut d e modis orationū imperfectaꝝ que ſunt diffinitiones ⁊ deſcriptiones loquit̄ in libro demōſtrationis. Et oratio enūciatiua eſt que diſponitur per veꝝ aut falſum. Et ipſa eſt duorum modorum ſimplex ⁊ cōpoſita:⁊ ſimplex eſt ꝯpoſita ex ſubiecto uno ⁊ predicato vno:nō ex predicato magis vno ⁊ ſubiecto plus vno:⁊ iſta eſt duarum ſpecierum vna prior eſt aſſirmatio ⁊ ſecūda poſterior eſt negatio :⁊ omnino ſimplex erit vna: qum erit ſubiectū i ea ſignificāſ vnam intentionem ⁊ ſimiliter predicatū: ⁊ erit plures qū ſignificat predicatum in ea intentiones plures:aut ſubiectum:aut ambo:⁊ oratio cōpoſita erit vna qum in ea eſt vna copula que copulat ipſam ⁊ erit plures qum nō habet copulam copulantem ipſas:⁊ ꝓpter illud omnis oratio aut vna aut plures:⁊ ſi eſt vna:aut eſt vna ꝓpterea ꝙ ſubiectum eius ⁊ predicatum ſignificant vnam intentionē aut ꝓpter copulam copulantē ipſas: ⁊ ſūt orationes in q̄bus inuenitur plus vno predicato ⁊ plus vno ſubiecto:ſicut eſt ſyllogiſmus cōdictionalis ⁊ cathegoricus: quoniā cōdictionalis eſt vnus per copulatiuam que ē arf.i. cōiunctio ꝯdictionalis.U.g.ſi ſol eſt eleuatus ergo eſt dies:qm̄ illa cōiunctio ergo eſt que ponit has duas ſimplices que ſunt ſermo noſter:ſol ē eleuatus ⁊ dies eſt inuenire orationem vnā:ſed ⁊ cathegoricus eſt vnus per copulatiuam que terminus medius.U.g.homo ē animal ⁊ animal eſt corpus:quēadmodum venit poſt.Et ſic oratio multe aut erit multe ꝓpterea ꝙ predicatum eius aut ſubiectuꝫ eius aut ambo ſignificant multa:aut quia non eſt ei copula copulans eas:⁊ omnis oratio enunciatiua quidem eſt compoſita ex nomine ⁊ verbo aut eo qḋ ſtat loco verbi in copulatione predicati cum ſubiecto : ⁊ illud eſt quia oratio enunciatiua in qua eſt ſubiectum nomen ⁊ predicatuꝫ nomen abſq; dubio habet verbum: aut qḋ ſtat loco verbi ſignificans copulationem predicati cum ſubiecto : ⁊ hoc autē in actu:⁊ apparet manifeſte ſicut inuenitur res in eo qḋ eſt preter linguam arabicam:aut in potentia ⁊ꝑ ſubintellectum.ſicut inuenitur res ſꝫ plurimum in ligua arabica.Et poſtq̄ ſunt hic tres intentiones ſubiecti ⁊ predicati ⁊ ꝓportionis copulantis predicatum cū ſubiecto:neceſſe eſt ꝙ ſint hic tres dictiones dictio ſignificans ſubiectum ⁊ dictio ſignificans predicatum:⁊ dictio ſignificans ꝓportionem:ſed dictio ſignificans copulationem predicati cum ſubiecto : quoniaꝫ ſignificat colligationem ipſius in tempore preterito aut futuro aut preſenti.U.g.petrus inuenitur nunc ſapiens:aut petrus inuentus fuit ſapiens:aut petrus inuenietur ſapiens:⁊ quandoq; ſignificat colligantiam non ſumptam cum tempore:⁊ hec eſt predicatio neceſſaria:⁊ illud eſt ſicut ſermo dicentis:triangulus exiſtēs cuius auguli ſunt equales duobus rectis ⁊ non eſt in lingua arabica dictio ſignificans iſtum modum copule:⁊ eſt inuentum in aliīs linguis:⁊ ꝓpinquior dictio ſimilis illi in lingua arabica eſt illud qḋ ſignificat hec dictio ipſum: ut i ſermone noſtro huius petrus ipſe animal:aut inuenitur in ſermone noſtro huius petrus inuenitur animal.Et nomen ⁊ verbum non verum aut falſum : ſed oratio quidem que eſt vera aut falſa : ⁊ oratio que verificatur aut falſificatur nominatur ſententia ⁊ iudicium ⁊ iudicīū ſimplicis aſſimilatur affirmatio poſitioni alicuius ſuper aliquo ⁊ negatio ablationi alicuius ab aliquo:⁊ compoſitum ex his eſt oratio cōpoſita.Jāq; deſcribitur etiam ſimplex per hoc ꝙ eſt dictio ſignificans ꝙ aliquid eſt inuētum aut non inuentuꝫ:⁊ illud aut in tempore p̄terito aut futuro aut preſenti aut abſolute:ſed affirmatio ꝑ hoc qḋ eſt iudicium in fixione alicuius alicui ⁊ negatio eſt iudicium in ablatione alicuius ab aliquo.Et quia iam eſt poſſibile ut videtur per orationem ſm ꝙ eſt in anima ſuper id qḋ eſt inuentum extra animā ꝙ nō ſit inuētuꝫ: ⁊ ſuper id qḋ eſt inuentuꝫ ⁊ ſuper id qḋ non eſt inuentum: ꝙ nō ē inuētū:⁊ hoc aut iudicio abſoluto:aut vnio tēpoꝝ triū que ſunt preſens aut preteritum aut futuꝝ.Jam poſſibile eſt in omni eo qḋ affirmat affirmator ut neget illud negator:⁊ in omni eo qḋ negat negator aut affirmet illud affirmator: ⁊ qum hoc ſit ita:omni ergo affirmationi negatio opponit̄:⁊ omninegationi affirmatio:⁊ illud ſm ꝙ affirmatio ⁊ negatio ſunt inuente in anima ⁊ nō extra animam:quoniam non inuenitur rebus ſꝫ ꝙ ſunt extra animam negatio oppoſita:neq; rebus negatis ſm ꝙ ſunt extra animam affirmatio oppoſita.Sed ꝯſideratio in affirmatione ⁊ negatione ſm ꝙ ipſe ſunt in anima.Et affirmatio quidem ⁊ negatio ſunt oppoſite ſm veritatem qū erit intentio predicati in ambobus vna ex omnibus partibꝰ ſic ē intentio ſubiecti:ſed qum non erit vna ſiue ꝓpter cōmunitatem nominis:aut ꝓpter aliud ex eis a quibus cauetur in libro ſophiſtice nō ſunt affirmatio neq; negatio oppoſite.

Differentia ſecunda:dixit: Et intentiones ſunt duobus modis aut vniuerſalis aut particularis.i.ſingularis:⁊ volo per vniuerſalē illam de cuius ꝓprietate ut predicetur de pluribus:ſicut eſt predicatio animalis de homine:⁊ de equo ⁊ reliquis ſpeciebus aliīs:⁊ particularem de cuius ꝓprietate eſt nō illud ſicut petri ⁊ pauli cui innuitur:⁊ qum ſit res ita oportet de neceſſitate ut iudicemus per affirmationem alicui ꝙ ſit illud iudicium intētioni ex intentionibus ſingularibus.Demum qum erit intentioni ex intentionibus vniuerſalibus:ꝓculdubio aut ſumetur abſq; clauſura aut cū clauſura:⁊ volo per clauſuraꝫ dictionem omnis:aut quidam : deinde qum eſt accepta cum clauſura non euacuatur quin ſit accepta cuꝫ clauſura vniuerſali aut particulari.Et oppoſite ſm affirmationem ⁊ negationem:quarum ambaꝝ ſubiectum eſt intentio ex i-

tentionibus ſingularibus nominatur ſingulares. U.g. petrus eſt miſſus petrus non eſt miſſus: ⁊ oppoſite quarum ambarum ſubiectum eſt intentio vniuerſalis abſqꝫ clauſura nominantur indefinite. U.g. homo eſt albus homo non eſt albus. Et oppoſite quarum ſubiectum eſt intentio vniuerſalis accepta cuꝫ clauſura ſunt tres: aut ut ſit vnaquequꝫ oppoſitarum cui adiungatur clauſura vniuerſalis aut ut ſit vnaquequꝫ ambaruꝫ cui ꝯiungatur clauſura particularis aut ut cõiungatur vni ipſarum clauſura vniuerſalis ⁊ alij particularis. Et ille quidem vnicuiqꝫ quarum cõiungitur clauſura vniuerſalis nominant cõtrarie. U.g. omnis homo eſt albus nullus homo eſt albus: ⁊ ille quarum vni coniungitur clauſura vniuerſalis ⁊ alij particularis nominãtur cõtradictorie que ſunt duorum modorum: aut ſit vniuerſalis coniuncta affirmatiue ⁊ particularis coniuncta negatiue: ut omnis homo eſt albus nõ omnis homo eſt albus: aut quidam homo nõ eſt albus: qm̃ negatiua particularis interpretatur his duabus interpretationibus: aut vt ſit ecõuerſo.ſ. ꝙ cõiungat clauſura vniuerſalis negatiue ⁊ particularis affirmatiue. U.g. quidam homo eſt albus nullus homo eſt albus. Sed ille quaruꝫ vnicuiqꝫ coniungitur clauſura particularis nominantur ſubcõtrarie U.g. quidam homo eſt albus: quidam homo nõ ē albus. Erunt ergo modi oppoſitaꝝ ſm affirmatiõeꝫ ⁊ negationẽ ſex ſingulariũ indefinitarum ⁊ cõtradictoriarum. Haruꝫ duo ſũt modi ⁊ cõtrariarum ⁊ ſubcontrariarũm: ⁊ nõ diuiduntur enunciationes ex parte cõiunctionis clauſure cum predicato: quia clauſura qm̃ adiungit predicato eſt falſa enunciatio aut ſuperflua: ⁊ falſa quideꝫ eſt oĩs hõ eſt omne animal: ſuꝑflua ſicut quꝫ dicimus omnis homo eſt quoddam animal. Et poſtꝙ ſtabiliti ſũt modi enunciacionum dicemus ꝙ ſingulares diuidunt q̃dem verum a falſo ſemper: quia qm̃ falſa eſt vna ambarum vera eſt alia: ⁊ cũ vera ē vna ipſarum falſa eſt alia: ⁊ non eſt poſſibile ut aggregentur ſimul neqꝫ ſuper veritatẽ: neqꝫ ſuper falſitatem. U.g. petrus exiuit petrus non exiuit: ⁊ illud eſt manifeſtum per ſe ſm viaꝫ inquiſitionis. Et ſimiliter contradictorie diuidunt verum a falſo in omnibus materijs: ſed cõtrarie diuidũt verum a falſo in neceſſaria ⁊ impoſſibili: ⁊ ſũt ambe falſe ſimul in cõtingenti: ⁊ neqꝫ eſt poſſibile ut ſint vere ambe: ſed qm̃ vna vera eſt falſa eſt alia. Et ſubcontrarie diuidunt verum a falſo etiam in neceſſaria ⁊ impoſſibili: ⁊ ſimul vere in contingenti: ⁊ qm̃ vna eſt falſa reliqua eſt vera de neceſſitate: ⁊ exemplum falſitatis ambarum contrariarum in materia contingenti eſt ſermo noſter omnis homo ē albus nullus homo eſt albus: ⁊ exemplum veritatis ſubcontrariarum eſt ſermo noſter quidam homo eſt albus quidam homo non eſt albus: ſed indefinite iam poſſibile eſt ꝙ ſint ambe vere ſimul in materia contingenti: ⁊ iaꝫ poſſibile eſt ut ſit iudicium earum iudicium contrariarum: ⁊ cauſa in illo eſt quia.a.⁊.e. qđ ſtat loco earum in alijs linguis ſignificant ſuper hoc qđ ſignificant clauſure vniuerſales: ⁊ quãdoqꝫ ſignificant ſuper eo qđ ſignificant clauſure particulares: qm̃ ergo ſignificant ſuper hoc ꝙ ſignificãt clauſure eſt potentia ⁊ vis eius: ſicut vis contrariarum: ⁊ qm̃ ſignificant ſuper hoc qđ ſignificãt clauſure particulares ē vis ſicut vis ſubcontrariarum: ⁊ illud eſt quia iam ē poſſibile ut ſint vere ambe ſimul homo eſt albus homo non eſt albus qm̃ ſignificant.a.⁊.e. qđ ſignificat clauſura vniuerſalis: ⁊ poſſibile eſt quidem ut reperiantur modi haꝝ oppoſitarum in diſpoſitione qua diſponantur ex diuiſione ſua veri ⁊ falſi ſemper: ⁊ ut ſint vere quedam ipſarum ſimul: ⁊ ſint falſe quedam earum ſimul: qm̃ obſeruatur in eis ut accipiatur affirmationi vni ipſarum negatio vna ⁊ negationi vni affirmatio vna cum reliquis cõdictionibꝰ que dicuntur non qm̃ accipitur affirmationi vni pluſꝙ vna negatio: ita ut accipiatur affirmatiue vniuerſali negatiua vniuerſalis ⁊ negatiua particularis. Sicut ſi accipiamus oppoſitum ſermonis noſtri omnis homo eſt albus nullus homo eſt albus: ⁊ non omnis homo ē albus: aut accipiatur negatiue vniuerſali affirmatiua particularis ⁊ affirmatiua vniuerſalis: ita ut accipiamus oppoſitum ſermonis noſtri nullus homo eſt albus quidam homo ē albus omnis homo eſt albus: ⁊ eſt quidem illud ita: qꝛ negatiua vna quippe eſt negatiua affirmatiouis vnius: ⁊ ſimiliter affirmatiua eſt affirmatio vnius negationis: ⁊ ſignificatio ſuper illo eſt ꝙ negatiua quidem negat intentionem predicati eiuſdem quam affirmauit affirmatiua a re ſubiecta eiuſdem cui affirmauit affirmatiua equaliter ſiue ſit illud ſubiectum ex intentionibus vniuerſalibꝰ: aut ex intentionibus ſingularibus cui ꝯiungitur clauſura vniuerſalis aut particularis: quoniam ſi eſt predicatum in negatione ⁊ ſubiectum in ea preter ſubiectum in negatione eſt illi affirmationi negatio alia: atqꝫ illi negationi affirmatio alia: ⁊ affirmatio ⁊ negatio erit qm̃ erit id qđ ſignificat eam dictio predicati ⁊ ſubiecti in ambobus vnius intentionis equaliter: ſicut ſubiectum intentio vniuerſalis aut particularis coniungatur cum intentione vniuerſali clauſura vniuerſalis: aut non coniungatur cum ea. U.g. omnis homo eſt albus non omnis homo eſt albus: homo eſt albus homo non eſt albus quꝫ ponimus ꝙ homo ⁊ albus ſignificent ſuper vnam intentionem non eſt affirmatio neqꝫ negatio. U.g. ſi fuit ponens nomen vnum homini ⁊ equo ꝙ ſit verbi gratia tunica: ⁊ dicat tunica eſt alba: tunica non eſt alba non erit hec affirmatio vna: neqꝫ

hec negatio vna:⁊ illud eſt qũia ſermo noſter tunc eſt tu-
nica alba ſignificat ſuper duas affirmationes:quoniam ſi
gnificat ſuper qȯ ſignificat homo eſt albus ⁊ equus eſt al
bus que ſunt due enunciationes ⁊ non vna:⁊ ſimiliter ſer
mo noſter tunica non eſt alba ſignificat ſuper duas nega
tiones que ſunt ſermo noſter:equus non eſt albus ⁊ ho-
mo non eſt albus:⁊ illud quidem eſt ita:propterea qꝛ fuit
dictio equiuoca que eſt ſermo noſter tunica:⁊ ꝓpter hoc
enunciatio cuius ſubiectum aut predicatum aut ambo ſi-
mul eſt nomen equiuocum non eſt vna:ſed enunciationes
ſunt multe: quarum numerus eſt numerus intentionum
qua ſignificat nomen equiuocum:⁊ qum hoc ſit ita ergo
oppoſitarum que erunt ex huiuſmõi enũciationibus no-
minum equiuocorum ſcilicet contradictoriarum ⁊ ſingu-
larium non oportet vt ſit vna duarum vera ⁊ altera fal-
ſa:⁊ dicetur in eo qȯ veniet poſt quando erunt enuucia-
tiones quarum ſubiectum ⁊ predicatum eſt plurium intẽ-
tionum enunciatio vna:⁊ quando non erunt. Hic ergo oꝫ
ꝙ tres diſpoſitiones condictionentur in oppoſitis:⁊ tunc
inueniuntur:ſicut diſpoſuimus vna quarum eſt ꝙ ſit pre-
dicatum ⁊ ſubiectum in ambabus vnum ex omnibus ꝑ-
tibus non ꝙ ſit acceptum in vna qualibet earum ⁊ alia p̃
ter illam partem:⁊ ſcȯm eſt ut ſit affirmatio in ambabus
vna ⁊ negatio vna:⁊ tertia eſt ut ponatur oppoſitum af-
firmationi vni negatio vna:ergo iam oſtenſum ẽ ex hoc
quando erunt oppoſite:⁊ quot ſunt modi oppoſitarum ⁊
qualis eſt eaꝝ diſpoſitio in oppoſitione.

## Capitulũ.

T dicemus ꝙ harum oppoſitarum que di
uidunt verum ⁊ falſum ſemper in omnibꝰ
materijs ſunt ſingulares ⁊ contradictorie
in rebus quidem inuentis in tempore preſenti ⁊ inuentis
in p̃terito:oportet ergo de neceſſitate ꝙ ſit diuiſio ipſaruꝫ
inter verum ⁊ falſum ita ut ſit vna duaꝝ in ſeipſa vera ⁊
altera falſa:ſiue equaliter ſciamus veram a falſa ſiue non
ſciamus:⁊ illud eſt quia eſſe petrum inuentum nunc:aut
non inuentum:manifeſtum eſt per ſe ꝙ vñum horum ſer
monum de neceſſitate eſt verus ⁊ alter eſt falſus ſiue com
plete ſciamus veritatem a falſitate:aut non qum ſit com-
plete inuentionis in ſeipſo. Et ſimiliter eſt res in rebus p̃-
teritis ⁊ in rebus neceſſarijs in quibus non condictiona-
tur i inuentione earuꝫ tempus. Sed rerum quidem inuen
tarum in tempore futuro que ſunt res poſſibiles non eſt
diuiſio in verum ⁊ falſum ſ̈ꝫ complementum in ſeipſis:⁊
illud eſt ꝙ res in huiuſmodi oppoſitis in hac materia nõ
euadunt a diuiſione quidem ut ſint diuiſe in veritatem ⁊
falſitatem illud eſt complementum aut preter complemẽ
tum:⁊ ſi ſint non diuiſe in verum ⁊ falſum:aut ſunt qui-
dem ambe compoſite vere ſimul aut falſe ſimul aut inue-
nitur in ambabus vtrũqꝫ ſimul. Si ergo omnis affirma-
tio ⁊ negatio diuidit verum a falſo ſ̈m complementum in
ſe oportet in omni re ꝙ inuenta aut non inuenta: oportet
ergo ſ̈ꝫ h̃ ꝙ dicit homo de re aliqua de rebꝰ futuris ꝙ erit
⁊ dicit alius ꝙ non erit ꝙ ſit vnus duorum ſermonuꝫ ve
rus ⁊ alter falſus:⁊ illud eſt quia non eſt poſſibile ut inue
niantur due res ſimul.ſ.eſſe ⁊ non eſſe:⁊ eſt quidem natu
ra inuenti entis ſequens ſermonem verum ⁊ ſermo verus
ſequens ipſum:quoniam ſi dicit homo de re quadam ꝙ
eſt alba; ⁊ eſt veridicus oportet ꝙ extra animam res ſit
alba:⁊ ſi eſt falſus oportet ꝙ ſit non alba:⁊ ſi ẽ ſermo no
ſter ꝙ ipſa non eſt alba ⁊ eſt verus oportet ꝙ ſit extra ani
mam non alba:⁊ ſimiliter eſt conuerſum huius: ⁊ ẽ quia
ſi res eſt extra animam alba oportet ꝙ ſit ſermo verus de
ea ꝙ eſt alba ⁊ falſus ꝙ non eſt alba:⁊ ſi eſt res extra ani-
mam non alba:ſermo verus in ipſa eſt ꝙ non eſt alba ⁊
falſus ꝙ eſt alba:ergo ſi affirmatio ⁊ negatio ſeparant ve
rum a falſo in rebus futuris dicendo ꝙ vna earum ſit ꝑ-
fecte inuentionis in ſe ergo ⁊ res future neceſſarie ſunt in
inuentione earum ⁊ non erit hoc aliquid inuentum ꝑ ac-
cidens ⁊ preter cauſam completam:⁊ non inuenietur ali-
quid de quo dicatur ut ſit poſſibile ꝙ ſit ⁊ ꝙ nõ ſit ſi erit
eſſentia res ⁊ non eſſentia neceſſario:⁊ illud eſt neceſſari-
um ex ſermone veri ⁊ falſi in vna oppoſitarum comple-
tuꝫ in ſe:⁊ illud quia non tranſit ut exeat ex ipſis ad inuẽ
tionem illud qȯ non eſt verum ex affirmatione ſit aut ne
gatione:quia ſi tranſit illud non eſt verum in vna oppoſi
tarum perfecte inuentionis in ſe erit poſſibilis eſſentia res
⁊ non eſſentia eius ſ̈m exemplum vnum ꝙ quemadmo-
dum qum eſt poſſibilis eſſentia rei aut non eſſentia eius
ſuper exemplum vnum non erit verum ⁊ falſum in oppo
ſitis dictis de eis perfecte inuentionis in ſe ⁊ non erit res
in affirmatione magis ꝙ̃ in negatione: neqꝫ in negatione
magis ꝙ̃ ipſa ſit in affirmatione:⁊ non ſit ſic ꝓpter affir-
mantem illa neqꝫ ꝓpter negantem. Et opus eſt ſ̈m hoc ſi
ſit aliquid ex rebus album in aliquo tempore ꝙ ſit ſ̈mo
in eo priuſꝙ̃ fiet album ſermo verus ⁊ neceſſarius:⁊ ſimi
liter erit ſermo in omni re futura anteꝙ̃ ſit ꝙ erit ſermo
verus:quemadmodum eſt in ea in inſtãti ſue eſſentie:do
nec ſit veritas ſermonis ꝙ ipſum eſt inuentum inuento p̃
ſenti:ſic erit veritas ſermonis ꝙ ipſum erit in futuro: er-
go qum ſit illud ita non eſt poſſibile in re poſſibili ꝙ eſt

non inuentum nunc: ⁊ dicitur in ea ꝙ inuenietur ⁊ nō in-
ueniatur. ⁊ illud qđ eſt non poſſibile quin inueniatur: im
poſſibile eſt quin inueniat: ⁊ illud qđ impoſſibile eſt quin
inueniatur oportet ꝙ inueniatur: ⁊ qđ oportet eſt neceſſa
rium in eſſentia. Omnia ergo ſunt neceſſarie inuentionis
Cum ergo ſit ita non eſt h aliquid qđ renouetur per acci
dens: neqꝫ aliquid paratum ut ſit ⁊ non ſit: ⁊ illud eſt ꝙ
illud qđ renouatur per accidens eſt ẜm hanc diſpoſitionē
ſcilicet quia eſſe eius non eſt opportunum neceſſariū: quē
admodum id cuius eſſe aut non eſſe eſt opportunum de
neceſſitate ⁊ non renouatur per accidens: ⁊ etiam nō trā-
ſit vt dicamus ꝙ affirmatio ⁊ negatio aggregentur in re-
bus futuris donec ſint vere ſimul: ⁊ non auferuntur ab
eis donec ſint ambe falſe ſimul. Uerbi gratia: vt ſit ſermo
noſter in aliquo qđ eſt poſſibile vt ſit ſermo noſter ⁊ ipoſ
ſibile ꝙ nō ſint veri ſimul ant falſi ſimul: quoniam ſi eēnt
falſi ſimul ſequeretur ex hoc ꝙ non ſint contradictorie d
uidentes verum a falſo in omnibus rebus: ⁊ hoc eſt cui
ius contrarium iam oſtenſū eſt: ⁊ ſimiliter ſequitur ſi ſi-
ambo ſimul veri ⁊ non q2 ſequit ſi fuerint ambo veri ſi
mul ut ſit aliquid inuentum ⁊ priuatum ſimul qđ eſt im-
poſſibile: qum hoc ꝙ aufertur etiā vera poſſibili: ⁊ ſi eſſēt
ambo falſi ſimul ſequitur aliquid vt ſit non inuentū: ne-
qꝫ priuatum ⁊ hoc eſt qđ ſequitur ex impoſſibili ſi poſue
rimus oppoſitas que diuidunt veruꝫ a falſo in omnibus
materijs diuidentes ea ẜm complementum in rebus futu
ris aut non diuidentes: ſed ſint vere ſimul aut falſe ſimul
⁊ eſt manifeſtum ꝙ ſequuntur repugnantie multe ad ſub
lationem vere poſſibiles ⁊ poſitionem noſtram ꝙ res fu-
ture omnes ſunt neceſſarie. Quarum prima eſt ꝙ deſtrui
tur cogitatio ad auferendum aliquid non cadat aut dona
tus ad bonum venturum in eſſe illius qđ apparet homi-
ni qđ ſi faciat illud qđ oportet: ⁊ ſi non faciat qđ oportet
non erit qđ oportet: ⁊ ē res falſa ⁊ credulitas corrupta do
nec conſequatur hoc ex repugnantia ꝙ ſi videt homo ali
quis in aliquo renouabili: ⁊ iudicat ꝙ illud renouabi-
tur in decem milibus annorum. Uerbi gratia: ⁊ incipi
at in numeratione cauſarum affirmationis renouati-
onis illius ⁊ eſſe eius in hoc diſtantia lōga: ſi viuat in ea
homo ⁊ videat alius in hac diſtantia impoſſibilitatem re
nouationis eius ⁊ ſpeculetur in toto iſto tempore in nū-
meris cauſarū que ꝓhibent renouationem eius erit actio
vniuſcuiuſqꝫ ipſorum inutilis ⁊ vana ⁊ cogitatio cadens
ſine intentione ⁊ illud eſt verum ipſoꝝ duorum in ſe opꝫ
de neceſſitate ut inuentū equaliter cogitet vnus ipſorū in
diſturbatione illius: ⁊ alius in eſſentia ipſius aut non cogi
tet aliquis ipſorum in illo: quoniam oportet ẜꝫ hoc ꝙ nō
ſit volūtas cauſa reuolutionis alicuius rei: ſed omnia cur
rant curſu eorum per naturam: ⁊ ẜm ꝙ eſt eis ex vna du
arun contradictoriarum ⁊ non ſi non vident vident in in
uentione rei ex illo: aut prohibeat in inuentione ipſius: ⁊
erit iudicium illius qui vidit in re decem milibus annoꝝ
iudicium illius qui videt in ea tempore paruo qđcunqꝫ
ſit tempus. Sed erit iudicium eius iudicium illius qui nō
videt in ea penitus: ⁊ hec omnia ſunt in fine repugnantia
⁊ diuerſa ab ea in quo creati ſumus: ⁊ illud eſt ꝙ nos vi-
demus ꝙ hic ſunt res renouationis quarum principium
eſt cogitatio ⁊ acceptio deſiderij ad ipſa. Iāqꝫ apparet etiā
in rebus que fiunt ꝙ in eis ſunt res que ẜm ſuam naturā
ſunt apte ut ſit ex eis aliquid: ⁊ ſuum oppoſitum equali-
ter. ſ. ꝙ eſt poſſibile vt ꝙ ſint ex eis res aut non ſit ẜꝫ equa
litatem ⁊ hoc ex parte agentis ⁊ recipientis ſimul: ⁊ exem
plum illius eſt: quia iam poſſibile eſt ut veſtis dilanietur:
ſed anteꝙ preueniat ei inueteratio ⁊ iam poſſibile eſt in
ea ꝙ non dilanietur ſed inueteretur: ⁊ illud eſt ꝙ poſſibi-
le eſt harum duarum intentionum in veſte ẜm equalita-
tem ex parte agentis ⁊ recipientis: ⁊ ſimiliter currit res in
omnibus rebus generatis in hac materia in quibus ē hec
ſpecies poſſibilitatis ⁊ potentie: ⁊ qum ſit hoc ita mani-
feſtum eſt hoc ꝙ non ſunt omnes res neceſſarie: ſed appa
ret ꝙ res ſunt duobus modis aut neceſſarie aut poſſibi-
les: ⁊ poſſibiles ſunt tribus modis: aut poſſibiles ẜꝫ equa
litatem in quibus non eſt inuentio rei dignior priuatione
eius: neque priuatio eſt dignior inuentione ipſius: aut
ſunt poſſibiles ẜm plurimum: ⁊ ſunt in quibus eſt vnum
oppoſitorum dignius ut ſit ꝙ̄ ẜm inuentionem: ⁊ erit re-
nouatio ſecundi ẜm minus: ⁊ huius generis inueniuntur
due ſpecies ſimul ex poſſibili: ſcilicet que eſt ẜm plus: ⁊
que eſt ẜm minus. Et neceſſariaruꝫ quidem ſunt neceſſa-
rie abſolute: ⁊ ſunt ille res inuente ſemper: aut priuate
ſemper ⁊ neceſſarie non abſolute ⁊ ſunt res inuente ne-
ceſſario in tempore quo eſt earum eſſentia aut res qua-
rum priuatio eſt neceſſaria in tempore in quo ſūt priuati
ue: ⁊ iſte ſunt duorum modorum: aut res quarum predi
cata ſunt neceſſarie inuentionis in ſuis ſubiectis dum du
rant ſubiecta eorum inuenta. Uerbi gratia: inuentio ra-
tionis homini cuidam quꝫ non inuenitur ille homo: aut
res priuate dum durant ſubiecta earum non inuenta ⁊
res quidem inuente dum durant ipſe inuente. Uerbi gra
tia: inuentio hominis dum durat inuentus ⁊ ſint he diui
ſiones vere inuenti: ⁊ oportet ut ſit par in negationis ⁊ af
firmationis ad veruꝫ ⁊ falſum coniunctus ei qđ eſt inuē
tum extra animam: manifeſtum eſt ergo ꝙ ꝓpoſitiones
de futuro que ſeparant verum a falſo in omnibus mate
rijs ipſe quidem diuidunt verum a falſo in modis rerum
neceſſariarum ẜm complementum in ſe ſcilicet ſuper hoc
ꝙ verus illorum duorum ⁊ falſus completur in ſe extra
animam: ⁊ ſi non compleatur nobis ſcientia ipſorum ⁊

ignoremus quomodo ſit res in eo. Sed in materia quidem contingenti in rebus futuris ⁊ ipſe diuidunt verum a falſo: ⁊ illud eſt quia oportet ut inueniatur vna duaruȝ contradictoriarum in eo futuruȝ: ſed non determinate in ſe. Uerum ſm ꝙ ſunt in natura ipſarum ex priuatione determinationis ſic ſunt ipſe apud nos: ⁊ propter hoc non eſt poſſibile ut determinetur in hoc genere ſcientia: qum ipſa ſit res ignota: vnde poſſibile qȯ eſt ſm plus ⁊ non ad vtrũlibet vna quidem oppoſitarum dignior eſt ꝙ ſit vera ꝗ̃ ſecunda: qum ſit eſſentia eius dignior ꝗ̃ non eſſentia ⁊ in hoc genere poſſibile eſt ut compleatur ſcientia in renouatione renouandi: aut ipſius renouationem: ſcilicȝ in renouatione de cuius proprietate eſt vt renouetur ſm plus. Comprehendit ergo omnia oppoſita de quoruȝ duorum proprietate eſt vt diuidant verum a falſo in rebus futuris in materia contingenti non ſm complementum ſed in contingenti quidem illo qȯ eſt ſm equalitatem nõ eſt vnum oppoſitorum dignius vt ſit verum ꝗ̃ aliud: ſed in eo qȯ eſt poſſibile ſm plus vnum quidem oppoſitorum dignius eſt ut ſit verum ꝗ̃ aliud ⁊ in contin genti quidem ſm minus vt ſit falſum vnum oppoſitoruȝ dignius eſt ꝗ̃ ſecundum. Jam ergo manifeſtnm eſt ex hoc quomodo diuidunt oppoſita verum ⁊ falſum in omnibus rebus: ⁊ illud in eis de quarum proprietate eſt vt diuidant verum a falſo ſemper ⁊ ipſa ſunt contradictoria ſingula

## Capitulum.

Et poſtꝗ̃ enunciationum quedam ſunt binarie ⁊ ſunt ille quarum predicatum eſt verbum: ⁊ quedã trinarie ⁊ ſunt ille quarum predicatum eſt nomen: ⁊ nominantur quidem ille quarum predicatum eſt verbum binarie quia ſunt compoſite ex predicato ⁊ ſubiecto tm̃: ⁊ nominantur ille quarum predicatum eſt nomen trinarie quia ſunt compoſite ex ſubiecto ⁊ verbo coniunctiuo ⁊ predicato ⁊ eſt nomen ⁊ verbum ex quibus componuntur enunciationes aut determinata aut non determinata. Manifeſtum eſt ergo ꝙ omnis enũciatio binaria eſt compoſita aut ex noĩe finito .i. terminato ⁊ verbo finito ſicũt ſermo noſter homo inuenitũr aũt ex nomiñe infinito ⁊ verbo infiñito: ſicut ẽ ſermo noſter nõ homo noñ inuenit̃ aut ex noĩe finito ⁊ verbo ĩfinito: ſicut ſermo noſter homo nõ inuenit̃ aut ex nomine infinito ⁊ verbo finito: ſicut ſermo noſter nõ hõ inuenitur. Uerũ verbum infinitũ non currit conſuetudo vt agatur in ſimilibus his enunciationibus .ſ. binarijs: ⁊ illud eſt ſcilicet quia non diſcernitur in eis locus partis negatiue ⁊ partis declinationis: qum ſit locus partis negate in ipſis idem locus partis declinationiſ: ⁊ ꝓpter hoc nõ inuenitur in linguis in quibus aguntur declinate enunciatio binaria in qua ſit verbum infinitum: ⁊ ꝓpter hoc cadunt ex modis iſtis enunciationum quatuor: duo modi modus in quo eſt nomen predicati ⁊ ſubiecti infinitum ⁊ remanent duo modi: erunt ergo oppoſitiones que ſunt in eis due ⁊ ꝓpoſitiones quatuor. Qum ergo multiplicauerimus huiuſmõi duas cõbinationes oppoſitionum ĩ ſex paria oppoſitionum precedentium erunt oppoſitiones ĩ enunciationibus binarijs duodecim ⁊ enunciatões vigitiquatuor. ⁊ quia in vnaquaqȝ euuntiationum binariarum: aut eſt verbum ſignificans cũ tempore preſenti aut futuro aut preterito: qum ergo multiplicauerimus h̓ tria in vigintiquatuor enunciationes: erunt enunciationes inuẽte in iſto genere ſeptuaginta ⁊ due enũciationes: ⁊ erũt oppoſitiones trigintaſex. Si ergo multiplicauerimus eas in tres materias que ſunt contingens ⁊ neceſſaria ⁊ impoſſibilis erunt propoſitiones aggregate ex eis ducente ⁊ ſexdecim: ſed enunciationes quidem trinarie ſunt dupluȝ enunciationum binariarum: ⁊ oppoſitiones earum ſunt duplum oppoſitionum ipſarum: ⁊ illud eſt quia ꝓueniũt ex modis quatuor oppoſitionum .ſ. modus ĩ quo erit nomẽ ſubiecti ⁊ nomẽ predicati finitum: ⁊ eſt que ſcitur per ſimplicem: ſicut ſermo noſter homo inuenitur iuſtus homo non inuenitur iuſtus: ⁊ modus in quo erunt ambo nomina infinita: ſicut ſermo noſter nõ homo innenitur non iuſtus: non homo nõ inuenitur nõ iuſtus: ⁊ duo modi reliqui .ſ. quorum vnus eſt finitus ⁊ alius infinitus: ⁊ illud eſt vt ſit ſubiectum aut predicatum ⁊ eorum oppoſiti ⁊ enunciationes trinarie quarum ſubiectum eſt nomen finitum ⁊ predicatum eorum: aut nomen finitum aut infinitum qum cõponuntur cum ipſarum oppoſitis in figura habente quatuor latera: ⁊ ponuntur oppoſite ipſarum ſuper duo latera in latitudine lamine: ⁊ non oppoſite ſuper duo latera que ſunt in longitudine tabule: ita ut ſit affirmatiua ſimplex cuȝ negatiua declinata ſuper latus vnum ⁊ negatiua ſimplex cuȝ affirmatiua declinata ſuper latus vnum etiam inuenitur diſpoſitio enunciationnm declinatarum cum ſimplicibus in cõſecutiõe: ſicut diſpoſitio enũciationum priuatiuarum cum ſimplicibus in cõſecutione ⁊ non innenitur diſpoſitio priuatiuarum ex declinatis: ſicut diſpoſitio declinatarum ex ſimplicibus ⁊ eſt in omnibus modis oppoſitionum ſex. Et volo in enũciationibus priuatiuis hic enunciationes: quarꝫ predicatum ſignificet priuationem cuius preceſſit deſcriptio: ſicut ſermo noſter homo eſt ignorans: aut ſignificat ipſius duorum cõtrariorum ſermo noſter homo eſt iuſtus. Conſideremus ergo

de hoc pꝛimo ĩ indefinitis: ⁊ ponamus eas in figura habē
te quatuoꝛ latera ſicut cōdictionauimus: ⁊ ponamus etiā
pꝛiuatiuas ſibi ſub declinatis: ſicut poſuimus declinatas
cum ſimplicibus: ⁊ illud ut addamus figure habenti tria
latera figuram aliam cōfiguratam figure in vno laterum
ipſius. V.g. quia nos ponemus figuram .a.b.g.d. ⁊ pona
mus figuram eis continuam .g.d.e.z. ⁊ ponamus latus .a.
b. affirmatiuam ſimplicem ⁊ oppoſitam eius: que ſūt ho-
mo iuuenitur iuſtus homo non inuenitur iuſtus: ⁊ ſuper
latus .g.d. negatiuam declinatam ⁊ eius oppoſitum: que
ſunt homo non inuenitur non iuſtus homo inuenitur nō
iuſtus: ⁊ ſuper latus .e.z. negatiuam pꝛiuatiuam ⁊ eius op
poſitam: que ſunt homo non inuenitur iuſtus homo in-
uenitur iniuſtus. Qum ergo conſiderantur he enunciati-
ones ſm hanc poſitionem inueniuntur ille que ſūt ſuper
latera ipſius in latitudine linee non conſequentes: qꝛ ſunt
oppoſite. Ianqꝫ ſciuiſti in eo ꝙ pꝛeceſſit diſpoſitiōes ipſa-
rū in oppoſitione: ⁊ qum conſideratur id quod eſt ſuper
latus ipſius in longitudine tabule inuenitur negatiua
declinata conſequens in veritate affirmatiuam ſimpli-
cem ⁊ non conuertitur res in eis: ⁊ illud eſt quia qum ve-
rus eſt ſermo noſter homo inuenitur iuſtus verum eſt di
ctum noſtrum homo non inuenitur non iuſtus: ut ſit ve-
rum dictum noſtrum homo inuenitur iuſtus: quia dictuꝫ
noſtrum homo non inuenitur nō iuſtus eſt vernm de ho
mine iuſto ⁊ de homine non diſpoſito per iuſticiam: ne-
qꝫ per iniuſticiaꝫ qui eſt paruulus: ⁊ de homine non ciuili
ergo negatiua declinata cōmunioꝛis eſt veritatis ꝙ affir-
matiua ſimplex: ꝓpterea quia ipſa eſt vera de tribus ⁊ af
firmatiua ſimplex de vno: ſꝫ qū inuenitur cōmune nō ſe-
quitur ut inueniatur pꝛopꝛium: ſicut ſequitur ex inuenti-
one ꝓpꝛij inuentio cōmunis. Verbi gratia: animal ⁊ ho
mo: homo nāqꝫ qum inuenitur inuenitur animal: ſed nō
ſequitur ut qum inuenitur animal īueniatur homo: ⁊ ne
gatiua quidem ſimplex cum affirmatiua declinata inne-
nitur in veritate per conuerſum huius ſcilicet ꝙ negatiua
ſimplex ſequitur affirmatiuam declinatam ⁊ non conuer
titur: ⁊ illud eſt quia negatiua ſimplex cōmunioꝛis eſt ve-
ritatis ꝙ affirmatiua declinata: qum ſit dictum noſtrum
homo non inuenitur iuſtus verum de crudeli ⁊ de homi
ne qui non eſt iuſtus neqꝫ iniuſtus qui eſt nō ciuilis ⁊ de
paruulo: ſed dictum noſtrum homo inuenitnr non iuſtus
verum eſt de iniuſto tm̄: ꝓpterea quia dictum noſtrum
non iuſtus ſignificat pꝛiuationem: ⁊ pꝛiuatio eſt ablatio
alicuius rei ab eo de cuius ꝓpꝛietate eſt ut inueniatur in
eo in tempoꝛe illo de cuius ꝓpꝛietate eſt ut inueniatur ei
in illo ſicut diffinitum eſt pꝛius: ergo affirmatiua declina-
ta verificatur per vnum ⁊ negatiua ſimplex per tria: ſed
qum conſideratur quidem conſequentia ipſarum in falſi
tate inuenitur res ſm cōuerſum huius. ſ. quia affirmatiua
ſimplex ſequitur ex negatiua declinata. ⁊ illud eſt quia ne
gatiua declinata ē pꝛioꝛis falſitatis ꝙ affirmatiua ſimplex
quoniam dictum noſtrum homo inuenitur inſtus eſt fal-
ſum de iuſto ⁊ de homine qui non eſt iuſtus neqꝫ iniuſtus
ſed dictum noſtrum homo non inuenitur non iuſtus eſt
falſum de iniuſto tm̄: ⁊ ſimiliter qum ponitur diſpoſitio
in conſequentia negatiue ſimplicis cum affirmatiua decli
nata in falſitate econuerſo conſequentie ipſarum in veri-
tate. ſ. ꝙ conſequens in eis redit conſequentia: ⁊ qum con
ſideratur pꝛiuatiua cum ſimplicibus in hac conſequentia
inuenitur diſpoſitio ipſarum in vero ⁊ falſo: ſicut diſpo-
ſitio declinate cum ſimplici. Verum quidem ille que ſunt
ſuper diametrum .a.d. ſunt contrarie ex parte modoꝛum
⁊ tu ſcies diſpoſitionem ipſarum in eo ꝙ eſt futuruꝫ ⁊ cō
ponuntur reliqui modi oppoſitarum hac poſitione: ⁊ in-
uenit̄ diſpoſitio vna ipſaꝝ in ꝯñtia diſpoſitio vna. ſ. ꝯdi-
ctoꝛiaꝝ ⁊ ſingulariū ⁊ ꝯriaꝝ ⁊ ſubcōtrariaꝝ: ſꝫ diſpoſitio
quidē illaꝝ que ſunt ſuper diametris in modicū diuerſifi
cantur: ⁊ illud quia ipſarum quedam ſūt poſſibile ut ſint
vere ambe ſimul: ⁊ ipſarum quedā que poſſibile ſunt vt
ſint ambe falſe ſimul: ⁊ Ariſ. non rememoꝛatur iſtaꝝ niſi
illarum quarum rememoꝛati ſumus tm̄: ⁊ reſeruauit in
eis ad libꝛum ſyllogiſmi. Et canon communis in ſcientia
harum cōſequentiaruꝫ ꝙ omnes ꝓpoſitiones iſtaꝝ cōue-
nientes in quantitate que eſt ſignum ⁊ diuerſificantur in
qualitate que eſt negatio ⁊ affirmatio ſunt cōſequentes ſe
ſcilicet ꝙ cōtrariarum ipſarum ſequit̄ ꝓpꝛioꝛ eſt: ſed ille
quidem in quibus ꝯſequentia ſunt oppoſite ſm modum
cōtrarietatis: ⁊ ſm modum cōtradictoꝛiarum ſicut dictuꝫ
eſt. Et enūciationū trinariaꝝ qū accipitur ſubiectū ꝑ no-
men infinitū: ⁊ pꝛedicatum aliquando ꝑ nomen finitum
⁊ aliquādo ꝑ nomen infinitum renouantur in hoc gene-
re ſimplices ⁊ declinate affirmatiue ⁊ negatiue p̄ter ⁊ erūt
ſimplices in eis quarū p̄dicatum eſt nomen finitum: ſicut
fuit in modo pꝛimo ſimpliciū ⁊ declinatarum: quaruꝫ p̄-
dicatum eſt nomen finitum: ⁊ illud eſt quoniā animaad-
uertentia ꝓpoſitionis in eſſe ipſam ſimplicē aut declinatā
eſt ex parte p̄dicati nō ex parte ſubiecti: erit ergo ſimplex
affirmatiua in hoc genere: ſicut dictum nō homo inueni
tur iuſtus ⁊ eius negatiua nō homo nō inuenitur iuſtus
⁊ erit decliata ipſius affirmatiua dictū nr̄m nō hō īuenit̄
nō iuſtus quꝫ erit negatiua nō hō nō inuenitur nō iuſtus
⁊ eſt manifeſtuꝫ ꝙ iſte due oppoſite que renouant̄ in hoc
genere trinariarum. ſ. quaꝝ ſubiectum nō eſt nomen infi-
nitum ſunt p̄ter oppoſitas que renouant̄ in mō oppoſitū
quarū ſubiectum eſt nonmen finitū: quia ſubiectum iſta-
rum eſt pꝛiuatio ſubiecti illaꝝ. Iāqꝫ expoſiti ſunt modi p̄
uationis quos ſignificat nomen infinitum in alio loco: ⁊
iſti modi enunciationū qum fiunt negationes: non ſtabit
pars negatiua loco littere declinātis ī eis: neqꝫ currit vna

earum a cōpari ſuo:ſed opoꝛtet ꝙ oꝛdinetur particula ne
gationis in eis:aut in habentibus ſigna cū ſigno: ſicut eſt
diſpoſitio in modo pꝛimo enunciationum trinariaꝝ in i
definitis ⁊ ſingularibus cū verbo inuētionis:ſed pars qui
dem declinans oꝛdinatur in eis ſemꝑ cum ſubiecto donec
ſit quidem in enunciationibus ſimplicibus huius generis
iterata pars negatiua bis:⁊ hoc cū ſigno in enunciationi
bus ſignificatis:⁊ cū ſubiecto ⁊ cum verbo inuentionis:⁊
cū ſubiecto ī idefinitis ⁊ ſingularibus:ſed in declinatis ite
ratur ter cū ſigno verbo inuentionis ⁊ tertio cū p̄dicato
⁊ nō currit vna partium negationis in eis ab alia .V.g.
quia negatio dicti noſtri omnis nō homo inueniꝫ non iu
ſtus:⁊ dictum noſtrū nō omnis nō homo inueniꝫ non iu
ſtus:⁊ illud per hoc ut inueniamus in hoc cū parte negati
onis in tribus locis nō per hoc ut inueniamus cum ea in
duobus locis:ita ut dicamus nō omnis homo inuenitur
nō iuſtus:⁊ ſimiliter eſt diſpoſitio in binarijs que ſunt in
hoc genere.ſ.in ſimplicibus ipſaꝝ:quoniā iā diximus qꝛ
non inueuitur ex eis declinata ſm̄ ſignificationes lingua
rum ſcitaꝝ:quoniā pars negationis in hoc etiā opoꝛꝫ ut
oꝛdineꝫ in eis bis ſimul cū ſigno in habentibus ſignū:aut
cū verbo ipſo in ſingularibus ⁊ indefinitis:neqꝫ ſufficit in
vno eoꝝ abſqꝫ ſecundo.V.g.qꝛ quēadmodū negat dictū
noſtrū omnis homo ambulat:⁊ eſt cuius ſubiectū eſt no
men finitū dictum noſtrū non omnis homo ambulat:ſi
militer negat dictū noſtrū omnis nō homo ambulat: di
ctum noſtrū nō omnis nō homo ambulat:nō dictum no
ſtrum nō omnis homo ambulat:neqꝫ nō omnis hō am
bulat : qm̄ pars negationis nō ſtabit loco littere declina
tionis:neqꝫ pars declinationis ſtabit loco illius quꝫ vna
queqꝫ ipſaꝝ auferat ab enūciatione aliquid p̄ter id quod
auferat alia:⁊ illud eſt qꝛ pars negationis in habentibus
ſigna aufert quidē iudicium vniuerſale qḋ continet ſignū
vniuerſale :⁊ iudiciū particularitatis:qḋ ꝯtinet ſignū par
ticulare:ſed pars quidem declinationis aufert ſubiectum
vniuerſale nō iudiciū vniuerſale:⁊ illud eſt qꝛ ſignū vni
uerſale cōiunctū cum enunciatione nō ſignificat ꝙ inten
tio ſubiecti eſt vniuerſalis ut auferat ablatio eius ablati
onem intentionis vniuerſalis ſubiecti: ſed ſignificat qui
dem ꝙ iudicium eſt intentionis vniuerſalis eſt vniuerſale
⁊ illud eſt manifeſtum in indefinitis:quoniā non eſſe eas
nō habentes ſigna eſt ex eo ꝙ nō facit opoꝛtere ut ſint in
tentiones ſubiecti in eis vniuerſales quꝫ ſit ſignificatio di
ctionum ſuper eas ſignificatio vniuerſalis .V.g.homo ē
iuſtus homo nō eſt iuſtus.dictio enim que habet homo
intentionem vniuerſalē q̄uis nō cōiungatur ei dictio oīs
⁊ ſi eſſet dictio omnis que ſignificaret ꝙ intentio vniuer
ſalis eſſet dictio homo nō ſignificans intentionē vniuerſa
lem niſi quando cōiungeretur cū ea omnis: ⁊ ꝓpter hoc
opoꝛtet ut cōiungatur cū ea pars negationis in enūciatio
nibus ſignificatis quaꝝ ſubiecta ſunt nomina infinita ſe
quētes ſint aut diuerſe cū ſigno ⁊ redeat.i. itereꝫ pars ne
gatiua ſecūdo cū ſubiecto:⁊ ſi erunt declinate redeāt ter
tio cū pꝛedicato:⁊ ſi erūt nō declinate ſufficit reditio eius
cū ſubiecto .Jāqꝫ veniēt loca in materia contingēti in qui
bus erit partis declinationis potentia: potentia partis ne
gationis de diuiſione veritatis: ⁊ venient loca in quibus
nō ſequiꝫ id:⁊ locis quidē in quo eſt potentia partis decli
nationis:potētia partis negationis eſt enunciationes ſin
gulares:qum ſint ſubiecta ipſarum inuenta:⁊ in tempoꝛe
de cuius ꝓpꝛietate eſt ut diſponātur per habitum ⁊ pꝛiua
tionem oppoſitam.V.g.quia qum ſequiꝫ an Soꝛ.eſt iu
ſtus aut nō iuſtus:⁊ erit reſponſio in eo vera ꝙ nō eſt iu
ſtus:⁊ reſpondet reſpondens loco dicti noſtri ꝙ ipſe ē non
iuſtus ꝙ ipſe nō iuſtus eſt:quoniā potentia dicti noſtri h
nō iuſtus eſt eſt potentia dicti noſtri nō eſt iuſtus:qum ſit
Soꝛ.iuſtus aut non iuſtus:qum accidit ꝙ inueniantur in
eo cōtradictiones pꝛedicte diuidentes veꝝ a falſo:ſicut di
uidimus ea per dictum noſtrū:Soꝛ.eſt iuſtus aut non iu
ſtus. Janqꝫ poſſibile eſt in huiuſmodi loco:ſi ut dicunt
expoſitoꝛes qum erit intentio querētis ut cōc luur a re
ſpondente pꝛopꝛio affirmatiua ⁊ reſponderit ei per nega
tiuam vt accipiat loco ipſius ⁊ pꝛoficiet in ea qum poſu
erit eam in ſyllogiſmo in loco quo pꝛoficit ea affirmatiua
non negatiua;ſicut eſt minoꝛ in figura pꝛima : quouiam
minoꝛ qum eſt negatiua in figura pꝛima non ꝓficit per eā
in cōcluſione:ſicut oſtēditur in libꝛo ſyllogiſmi.Jāqꝫ pro
deſt querenti ꝑ pꝛeceptum hac cautela : ⁊ qum voluerit
cōcludere neganti aliquid cōtradictoꝛium: ⁊ qḋ expoſui
mus in hoc loco eſt oſtenſio in intentione huius libꝛi. Sꝫ
locus quidem in quo non eſt potentia partis declinatōis
cui cōiungitur cū habitu potentia partis negatiue in diui
ſione veri ⁊ falſi:qum enunciationes vniuerſales in hac
materia:ſicut ſi queratur omnis homo eſt ſapiēs:aut nō
omnis homo eſt ſapiens:reſpondeatur loco dicti eius nō
omnis homo eſt ſapiens:omnis homo non eſt ſapiens:⁊
illud eſt quia illud qḋ opponitur dicto noſtro omnis ho
mo eſt ſapiens oppoſitione qua ſeparatur veꝝ a falſo ſē
per eſt dictum noſtrum non omnis homo ē ſapiens:⁊ nō
dictum non omnis homo eſt non ſapiens quꝫ ſit dicti no
ſtri ſapiens ⁊ non ſapiens potentia potentia cōtrariarum
que ſunt dictum noſtrum omnis homo eſt ſapiens nullus
homo eſt ſapiens:⁊ contrarie ſunt ambe falſe ſimul i hac
materia ut oſtenſum eſt pꝛius:⁊ oppoſitio que eſt īter no
men finitum ⁊ nomen infinitum:⁊ verbum finituꝫ ⁊ ver
bum infinitum nō eſt ex genere affirmationis ⁊ negatio
nis: quoniam dictum non homo ſignificat in linguis in
quibus vſitanꝫ huiuſmōi nomina id qḋ ſignificat dictum
noſtrum non eſt homo:quoniam dictum noſtrum nō eſt
homo ſignificat ſubiectum a quo negaꝫ humanitas q̄uis

non ſit euidens in hoc dicto : eſt ergo propter hoc ſermo
compoſitus. ⁊ ſimiliter ſignificat dictum noſtrum non ſa-
nus: ſed dictum noſtrum non homo ⁊ non ſanus nō ſigni
ficat quidem negationē qum dicit abſqꝫ ꝯiunctione nomi
nis: neqꝫ verbi euidentis: ſed ſignificat dictum noſtrū nō
homo priuationem humanitatis: ⁊ dictum noſtrū nō ſa-
nus priuationē ſanitatis que ē intētio ſimplex quā ſignifi
cat egritudo: ⁊ apparet ꝙ non eſt ſignificatio eius ſignifi-
catio negationis: eo ꝙ negatio vera aut falſa ſit: ſed dictū
noſtrum non homo quidem non eſt verum neqꝫ falſum
⁊ illud eſt quia qum eſt dictum noſtrū homo nō eſt veruꝫ
neqꝫ falſum: donec cōiungatur cū eo inuenitur cū eo qḋ ſi
gnificat habitū ⁊ formā inuentā dignius eſt ut ſit dictum
noſtrū nō ſignificans veꝝ aut falſū qum nō ſignificat iuē-
tionē finitam ſignificat inuentionē infinitā.

## Capitulum. j.

T enunciationū quaꝝ ſubiectū eſt nomen infi-
nitū inuenit cōpoſitio ſimpliciū ex ipſis ⁊ decli-
nataꝝ cōſequētium ſe: ſicut diſpoſitio ſimplicis
cū declinata in enunciationibus quaꝝ ſubiectū eſt nomē
finitū: ⁊ illud eſt ꝙ omnis nō homo inuenit nō iuſtus que
eſt declinata affirmatiua in hoc genere ſignificans id qḋ ſi
gnificat dictum noſtrū nō inuenitur aliquid ex eo qḋ nō
eſt nō homo iuſtum que eſt negatiua ſimplr: ⁊ nō eſt in-
ter modum enūciationū quaꝝ ſubiectum ē infinitū: ⁊ in-
ter modū enūciationū quaꝝ ſubiectum eſt finitum conſe
quētia: neqꝫ oppoſitio mutatur ordo nominis ſubiecti ⁊
predicati: aut verbi copulantis in enunciationibus trina-
rijs: aut nomen ſubiecti aut p̄dicati aut verbi binarijs: ita
ut precedat ex eis de cuius ꝓprietate eſt ut inueniatur i eo
ante: ⁊ vniuerſaliter ut ꝑmutetur ordo ipſarum ⁊ rema-
neat p̄dicatū in eis p̄dicatum ⁊ ſubiectum enunciatio re-
manet vna ⁊ eadē ſeruata veritate ſi fuerit vera: aut fal-
ſitate ſi fuerit falſa. Exemplū illius eſt dictum noſtrum: i-
uenitur homo iuſtus: inuenitur iuſtus homo: quoniā iſta
enunciatio eſt vna ⁊ eadē: ⁊ qū dicit Soꝛ. ſtat ⁊ ſtat Soꝛ.
quoniā niſi eſſent enunciationes in quibus diuerſificātur
niſi partes eaꝝ ſm prioritatem ⁊ poſterioritatē enūciatio
nes vne ſequeretur ꝙ eſſet vni enunciationi plus vna ne-
gatione. Jāqꝫ manifeſtū ē ꝙ nō eſt vni affirmatōi niſi vna
negatio: ⁊ illud eſt: qꝛ ſicut dicit homo iuſtus iuenitur di-
ctum vtrūqꝫ iuſtus homo enūciatio vna: ſed enūciatiōes
due diuerſe intentione. ⁊ eſt negatio dicti noſtri inuenitur
homo iuſtus dictū noſtruꝫ nō inuenitur homo iuſtus : ⁊
negatio dicti noſtri inuenitur homo iuſtus: ſequit ut inue
niant dicto noſtro: inuenit: due negationes quaꝝ vna eſt
dictū noſtrū nō inuenitur homo iuſtus: ⁊ alia eſt nō inue
nitur iuſtus homo : ⁊ ē negatio enunciationis quā poſui-
mus eſſe diuerſe intentionis a dicto noſtro inuenit homo
iuſtus: ⁊ ē dictum noſtrum inuenit iuſtus hō. Jāqꝫ mani-
feſtū ē ꝙ nomē ⁊ verbū que ſunt partes enunciationis qū
mutatur ordo in dicto a cōſuetudine currente in illa lin-
gua. ſ. ab ordine qui ē pulchrioꝛ ⁊ remanet p̄dicatum pre-
dicatū: ⁊ ſubiectū ſubiectū ꝙ remaneat illa enūciatio ea-
dem: ⁊ qum affirmat nomen vnū nominibus multis aut
affirmātur nomina multa nomini vni: aut negat vnū no-
men a nominibus multis: aut negant nomina multa a no
mine vno nō erit illa affirmatio affirmatio vna: neqꝫ il-
la negatio negatio vna: non eſt vna affirmatio: neqꝫ vna
negatio donec ſit itētio quā ſignificat dictio illa vna: ſicut
dictū ē in his que p̄ceſſerūt: niſi fuerint illa nomina mlta
ſignificātia vnā intētionē: ⁊ illud ut ſint illa nomina ſyno
nyma: ⁊ ſunt quoꝝ vnū ſignificat eandē itentionē: aut ſit
ꝙ ſignificant nomina multa partes diffinitionis aut de-
ſcriptionis vnius: nō ſicut eſt dictū noſtrū hō ē aial hō eſt
rationale: quoniā aggregatū ex his duobus p̄dicatis ē dif
finitio hominis : ⁊ illud ē quoniā homo ē animal ratiōa-
le: ⁊ ſimiliter etiā ſi erit deſcriptio eius. U. g. hō ē aial ⁊
homo ē bipes: qm̄ aggregatū ē deſcriptio hominis que ē
animal bipes: ⁊ dictio huius ſignificat ſignificatiōe aggre
gata id qḋ ſignificat vnuſquiſqꝫ duoꝝ ſermonū. Si ergo
erūt p̄dicata multa aggregatio quoꝝ nō ē vnū nō erit af-
firmatio eoꝝ affirmatio vna : neqꝫ negatio eoꝝ negatio
vna. Et ſimiliter ſi erūt ſubiecta multa de quibus p̄dicat
p̄dicatū vnū nō eſt illa affirmatio vna neqꝫ negatio vna.
Et exemplū illius eſt p̄dicatio noſtra de homine: quoniā
ipſe eſt albus ⁊ ꝙ ambulat: quoniā iſta duo p̄dicant ꝯiū-
cta de homine: ⁊ dicit homo albus ambulat nō ſignificat
vnā intentionē niſi ꝑ accidēs: ⁊ diſpoſitio in hoc ē ſicut di
ſpoſitio in p̄dicato qḋ eſt dictio equiuoca ſignificans plus
vna intētione: qū p̄dicatur de ſubiecto vno: ⁊ de oī ſubie
cto qḋ eſt dictio equiuoca: qum predicat vnū predicatum
ſignificans intētionē vnā. ſ. qꝛ ſicut enunciatio vna: ſimilit
eſt diſpoſitio in enunciatione inquantū affirmant intenti
ones multe ꝑ nomina diuerſa ſubiecto vni: aut illa i qua
affirmat vnū p̄dicatū ſubiectis multis que ſignificant per
nomina qū nō erit vnū ꝯiunctū ex illis p̄dicatis aut ſubie
tis multis intētio vna. Et enunciationes quaꝝ ſubiectum
aut p̄dicatū eſt nomē equiuocum poſtꝗ ſunt enunciatiōes
multe nō eſt oppoꝛtunū ut ſit queſtio dialectica reſponſio
vna: ⁊ ſi erūt omnes intentiones quas ſignificat nomē eq
uocū ſubiectū de quo dicit p̄dicatū vnū: aut erūt omnes
intētiones quas ſignificat nomen equiuocū p̄dicatū vero
de ſubiecto vno: aut erūt intētiones multe ipſe p̄dicatum
aut eſt dictio p̄dicati ⁊ ſubiecti ſignificās. ſ. vnaqueqꝫ eoꝝ
intentiones ſm intentiones multas: niſi qꝛ omnes inten-
tiones quas ſignificat dictio p̄dicati ſunt vere de omnibꝰ
intētionibus quas ſignificat dictio ſubiecti: ſicut oſtenſuꝫ
eſt in libro topicoꝝ: que reſpōſio ſm viā dialectice nō eſt
ut aptetur querēti illas queſtiones: ut intelligat illas intē

tiones de quibus dicit illud nomē equiuocū: qum ſit reſpondens ⁊ querēs in vno ordine ſciētie rei de qua diſputāt: ſed intētio querentis ſm viā topice: ut ꝯcedat: a reſpōdente vna pars ꝯdictionis quā vult ponere ꝓpoſitionem ꝙ deſtruat poſitionē reſpondētis. Qum ergo queret querēs a rñdente in topica ꝓpoſitionē equiuoce dictionis ⁊ cōcedet illi rñdens vnā partē ꝯdictionis ⁊ ponet querēs ex vna illaꝝ intentionū ꝓpoſitionē ex qua conat cōcludere ꝙ intēdit deſtruere apud reſpondentem. Eſt reſpondenti tūc ut dicat nō cōcedo hanc intētionem: ſed quā ꝯcedo ē intētio hec ⁊ hec: ⁊ nō ꝓderit querēti tunc ꝯceſſio reſpondentis ei vna pars ꝯdictionis. Sed queſtio quidē ſm viā doctrine iā erit per nomē equiuocū: ⁊ ideo nō erit hec q̄ſtio dialectice qꝛ hec ſpecies queſtionis iā indicat opportunā diuiſionē eius qȯ ſignificat nomē equiuocū: ſicut ſi q̄rat querēs quid eſt oculus a reſpondente ſpectat ut dicat multas intētiones. ſ. oculū animalis: ⁊ oculū aque ⁊ oculum ſolis ⁊ aliud. Sed queſtio dialectica ex qua querit q̄dem querens vnā partē cōtradictionis ut ꝯcedat ei vna duaꝝ: ſicut ſi querat an hoc eſt hoc an nō hoc: iam oportet ut queſtio determinata ut ſit reſponſio que cadit ſuper eū determinata: ⁊ hoc erit quidē ꝑ nomen vniuocum. Et exquo ſunt p̄dicata multa que p̄dicant de ſubiecto vno īuenta ſequentia diſpoſitiones aut p̄dicata qum ſeparātur vera ⁊ qū aggregant vera: ⁊ ē aggregatū ex eis predicatū vnū: ⁊ ſunt illa de quibus diximus ꝙ cōiunctum ex eis enunciatio vna: aut p̄dicata multa: que qū ſeparant ſunt v̄a ⁊ qū aggregant ſunt v̄a: ſed aggregatū ex eis nō ē p̄dicatū vnū niſi ꝑ accidēſ: aut predicata que qū ſeparant ſūt vera: ⁊ qū aggregant erit ſermo deriſio ⁊ ſupfluitas: aut p̄dicata que qū ſeparant ſūt v̄a: ⁊ qū ꝯiungunt ſūt falſa oꝫ ut demus canonē quo oſtēdunt h̄ p̄dicata quedā. ſ. a quibuſdā poſtq̄ oſtēderimus ꝙ nō eſt neceſſe ut ſit qȯ verificat diuiſe qȯ verificet ꝯpoſite: ita ut nō cōprehēdat in hoc falſitas: neqꝫ ſi ſupfluū: ⁊ dicemus igit ꝙ ſint oīa p̄dicata verificata diuiſe verificata cōpoſite ita ꝙ nō ſit ſermo deriſibilis neqꝫ ſupfluuſ: ⁊ illud oſtēdit ex materijs: ⁊ exquo qȯ ſequit hāc poſitionē ſi ꝯceſſerimus eā ex repugnātibuſ ex materijs quidē: quia iam verificatur de Soꝛ. ꝙ ipſe eſt medicus: ⁊ ꝙ aſpiciens ideſt ſubtilis: ⁊ non ſequitur ut verificentur de eo due res ſimul donec dicamus de eo ꝙ ipſe eſt medicus circunſpectus: ⁊ repugnantium quidem que ſequūtur illud que dicit ꝙ omne qȯ verificatur diuiſe verificatur cōpoſite preter qȯ ſequatur ſermonem deriſio: vnde ē ꝙ ſi eſt dictum noſtruꝫ de Soꝛ. ꝙ eſt homo verum: ⁊ ꝙ eſt albus verum oportet ut ſit dictun aggregati ex eis veꝝ. ſ. ꝙ ſit Soꝛ. homo albus: ⁊ ꝙ ſi expeditio noſtra de ipa etiā ꝙ ē homo albus: ⁊ ꝙ ē albus ita ut ſint duo p̄dicata ſeparata: ergo iā oportet ut verificet de eo ꝙ ipſe ē homo albus albus. Et ſimiliter qum acceperimus hoc dictū loco predicati vnius ſeparati: ⁊ acceperimus dictum p̄mum loco predicati ſeparati verificabit de eo qȯ ē homo albus homo albus albus p̄ter qȯ ſit in ſermone ridiculoſitas nō ſupfluū: ⁊ ſic vadit res in infinitū: ⁊ hoc eſt repugnās: ⁊ etiā ſi qū predicātur de eo ſeparata multa ſequitur ut verificentur de ea omnes cōpoſitiones que accidunt ex illis ſeparatis. ſ. qum cōponunt quedā eaꝝ cuꝫ quibuſdam ⁊ ſunt infinite: ergo verificant de ſubiecto res multe infinite: ſicut verificat de eo ꝙ ē homo ⁊ ꝙ eſt albus: ⁊ ꝙ ambulat: ⁊ ꝙ ē hō homo: hō albus ambulat: ⁊ ſimiliter ꝙ ē albꝰ albus: ambulat ambulat: g̊ erūt p̄dicata vera de eo infinita. Jam ergo oſtēſum ē ꝙ nō omne qȯ verificat diuiſe verificat cōpoſite: ſicut videbat multis antiquoꝛū. Et poſtq̄ hoc oſtenſū ē iam ꝙ tūc ꝯſideremus qñ erit ex intētionibus multis que predicant de itētione ⁊ ex intētione vna que p̄dicantur de intētionibus multis enunciatio vna: ⁊ illud eſt per hoc ut ſit. Dicamus ergo ꝙ qñ nō erit predicatio illarū intentionū multaꝝ de ſubiecto ī ea predicatio per accidēs: neqꝫ eſt vna eaꝝ incluſa in alia neqꝫ cōtenta ab ea. ſ. ꝙ ſit ꝯdictio cōtenta in habēte ꝯdictionē: ⁊ quāto magis ut ſit cōdictio ipſa eadē habēs ꝯdictionē: ſicut ſi dicamus ꝙ Soꝛ. albus albus: qum nō erit illud ſm modū ſuccurrere: quo niā cōiunctuꝫ ex illis intētionibus erit intētio vna: ſed qum eſt quidē p̄dicatio eius per accidēs: ſicut ē dictum noſtrū de Soꝛ. ꝙ ē albus ⁊ ꝙ ambulat: quoniā nō ꝯiunctum ex eis intētio vna. Et ſimiliter qū eſt ſecunda ꝯtenta a prima: qm̄ ſermo tūc eſt ſupfluus: ſicut dictū noſtrum de Soꝛ ꝙ eſt homo viuus: ſm modū expoſitionis hominis per viuū: quoniā dictio homo iā cōprehendit viuū: ⁊ ꝓpter hoc eſt colligatio noſtra ipſius cū viuo: ridiculoſitas ecōtrario colligatiōiſ generis eſt differētia: ⁊ qum expoliant p̄dicata ſeparata ad his diſpoſitionibus. ſ. a p̄dicatione q̄ ē ꝑ accidēs ⁊ vt nō ſit vnū eoꝝ clauſum in alio erit enūciatio vna: ſicut dictū noſtrū de homine ꝙ eſt animal ⁊ ē bipes: ſed res qua verificantur cōiuncte in predicatione de aliqua re: qum ligat q̄daꝫ cum quadā ſunt quaꝝ quedā verificant ⁊ quedā nō verificantur: ⁊ verificant ille in quibus ꝯiunguntur duo quorum vnū ut nō cōprehendat in aliquo cōdictionato in dicto aliquid oppoſitū rei que cōdictionat in eo ⁊ ligat omni eo: ⁊ hoc quocunqꝫ modo accidat ex modis oppoſitis quatuoꝛ: ſicut manifeſta illa oppoſitio ei ex ſignificatione illius nominis: ſicut ē dictū noſtrū animal moꝛtuū quoniam moꝛtuū eſt ꝯtrium animali ex parte ſignificationis huius nominis. ſ. nominis animal: aut ſit manifeſtatio illa ex parte ſignificationis nonminis: ſed ex parte ſignificatiōis diffinitionis aut deſcriptionis. U. g. hō moꝛtuus: quoniā euidēs eſt quidē ꝙ homo eſt oppoſitum moꝛtuo ex parte diffinitionis eius in qua dicit ꝙ eſt animal rationale: quꝫ ergo ꝯcluditur oppoſitio ī huiuſmodi colligationibus fal

ſificant quum ſeparant: quoniā verificat̄ de mortuo ꝙ eſt homo mortuus ⁊ nō verificat̄ de eo ꝙ eſt homo. Et cōdictio ſecūda ut nō ſit predicatio colligati de ſubiecto ꝑ accidēs. i. ꝓpter aliud ab ipſo ſed ꝓpter ſe. i. ꝓpter ſeipſuꝫ qꝛ quum eſt predicatū per accidēs ꝺm iſtū modū falſificat̄: qū ſeparatur. U. g. homerus ē inuentus verſificatoꝛ: aut inuētus opinabilis: quoniā quꝫ ſeparant̄ hec ⁊ dicit̄ homerus eſt inuentus ē falſū qū ſit nunc priuatus: ⁊ cauſa in hoc ē qꝛ dictio dicti noſtri in inuentus ꝓdicatur de homero ex parte que ē opinat̄ aut verſificatoꝛ nō predicatione prima ꝓpter ſe. i. abſolute: ⁊ dictū noſtrum in eo ꝙ ē iuētus ex parte qua ē in mente opinatus eſt dictū veꝝ: ⁊ ꝓpter hoc ē poſſibile in eo quum accipit̄ ꝺm hanc partē dictio inuentus vt verificet̄ de priuato: ſicut dictū nō inuētus eſt ꝓdicatur de alio ꝓpter aliud verificatur de re inuēta ⁊ nō verificatur de ipſa quum predicatur de ipſa ꝓpter ſe: ſicut eſt dictū noſtrū de petro cui innuitur ꝙ ē nō inuentus parieſ quoniā nō verificatur de eo ꝙ ipſe nō eſt inuētus abſolute: ſicut nc verificat̄ de priuato ꝙ ipſe eſt inuentus abſolute: ergo quum nō cōprehendit̄ uel claudit̄ i cōdictione vt nō colligatur opponit̄ rei ligate: qū ſignificatur ſup reꝫ aſſumptā ꝑ diffinitionē eius: aut nomē ipſi⁹: neqꝫ eſt illi ꝓdicatio ꝓpter aliud: opoꝛtet quidē qū diuidunt̄ huiuſmōi i predicatione vt verificent̄ diuiſe: ſicut verificant̄ ꝯpoſite.

Differētia tertia: dixit: Et exquo ſunt enunciationum quedā habētes modos: ⁊ quedam nō habētes modos: ⁊ modus ē dictio ſignificās qualitatē inuentionis predicati cū ſubiecto. U. g. homo neceſſe eſt ut ſit animal: aut poſſibile ē ut ſit philoſophus. Suntqꝫ generū dictionum duo modi: quoꝝ vnus ē neceſſarius: ⁊ ꝙ ſequit̄ ipſū ꝺm modū cōſequētie: ⁊ numerat̄ cū eo: ⁊ ē oppoꝛtunus ⁊ impoſſibil̄ qui etiā ē partiū eius: quum ſit neceſſariū: aut neceſſarie inuentionis: aut neceſſarie ꝑuationis quidē ē impoſſibile. Et ſecūdus eſt poſſibilis: ⁊ qđ ſequit̄ eum ꝫ modū ꝯſequētie: ⁊ numerat̄ cū eo. U. g. cōtingēs. Iā ergo oꝫ vt aſpiciamus in oppoſitis huius generis que ſunt ⁊ i cōſequentibus etiā ipſius: ⁊ illud ē in declinatis: ⁊ etiā i ſimplicibus ⁊ fiunt quidē dictiones modoꝝ duo modi qꝛ intendit̄ quideꝫ in eis ut ſignificationes ipſarum equiperate enti cuius differentie ſunt dictiones. ſ. aut in potētia aut i actu: ⁊ neceſſariū quidē in eo qđ ē in actu: ⁊ poſſibile dicitur de eo qđ eſt in potentia. Conſideremus ergo in oppoſitis eaꝝ primo deinde in cōſequentibus. Et dicamus ꝙ iam apparet in principio eſtimationis ꝙ littera negationiſ oꝫ ut ponat̄ in huiuſmodi enunciationibus cū dictione iuentionis que eſt copula nō cū predicato ꝺm diſpoſitionē enūciationū nō habentium modos: ⁊ illud ē quia negatio dicti noſtri homo inuenit̄ iuſtus eſt dictū noſtrum homo nō inuenit̄ iuſtus nō dictum noſtrum: homo inuenit̄ nō iuſtus: ⁊ illud ē exquo affirmatio ⁊ negatio diuidūt veꝝ a falſo in omnibus rebus: ergo ſi poſuimus ꝙ negatio dicti noſtri homo inuenit̄ iuſtus ſit dictum noſtrū hō inuenitur nō iuſtus: opoꝛtet ſimiliter in his duobus dictis ut diuidāt veꝝ a falſo in omnibus rebus donec opoꝛteat ut ſit dictum noſtrū in ligno. U. g. ꝙ inuenitur iuſtum lignū ergo falſum erit de eo ꝙ ipſum inuenitur nō iuſtum: ſed poſtqꝫ fuit dictum noſtrum iuſtun ⁊ nō iuſtum ſeparātia veꝝ ⁊ falſum de homine tm̄: ergo iam opoꝛtet ſi eſt verū ꝙ lignū inuenitur nō iuſtū: ut ſit de eo verum ꝙ lignum ſit homo nō iuſtus ⁊ hoc eſt in fine impoſſibil̄: ⁊ quum eſt littera negationis quidē poſita in enunciationibus trinarijs ⁊ binarijs cū v̄bo iam putat̄ ꝙ diſpoſitio in enunciationibus habētibus modos ē hec diſpoſitio: ⁊ erit ꝺm hoc negatio dicti noſtri de re ꝙ poſſibile eſt ꝙ non iueniatur abſqꝫ hoc ꝙ iam apparet ꝙ verificetur de re eadē ut dicatur in ea ꝙ poſſibile ꝙ inueniatur poſſibile ⁊ ꝙ nō inueniatur. Et exemplū illius eſt ꝙ poſſibile eſt ut incidatur poſſibile eſt ut non incidatur: ⁊ ꝙ poſſibile eſt ut ambulet: ⁊ ꝙ poſſibile eſt ut nō ambulet: ⁊ illud eſt quia poſſibile ꝙ nō eſt inuentionis: ⁊ ꝓpter hoc iā eſt poſſibile i eo ut inueniat̄ dictū noſtrū poſſibile eſt ut nō inueniat̄. Quꝫ ergo oſtēſum ſit ꝙ pars negationis in his enunciationibus. ſ. in habētibus modos nō oꝫ ut ponat̄ nō cū predicato: neqꝫ cū verbo inuētionis: ꝫ iam oꝫ ut ponat̄ cū modo erit ergo negatio dicti noſtri de re ꝙ eſt poſſibile ut inueniat̄ dictum noſtrū ꝙ nō ē poſſibile ut inueniatur: ⁊ hec eſt res in omnibus modis quos numerauimus: ⁊ hoc ē oppoꝛtunuꝫ: quoniam quemadmodū in enunciationibuſ nō habentibus modū terminus quidē cōiungens partem negationis cū re que eſt in predicatione loco foꝛme: que ē verbū inuentionis: nō cum re que eſt loco materie que eſt predicatū. Similiter hic quidē ponit̄ pars negationis cuꝫ re que eſt loco verbi inuētionis in nō habentibus modoſ ex predicato qui eſt modus: ⁊ illud ē quia v̄bum inuentionis exquo eſt in enunciationibus que nō ſūt habētes modos ſignificās qualitatē diſpoſitionis predicati cuꝫ ſubiecto fit verbi inuentionis ꝓpoꝛtio ad ꝓdicatū in huiuſmodi enunciationibus ꝓpoꝛtio foꝛme ad materiā. Et exquo eſt hec ꝓpoꝛtio eadē ipſa ꝓpoꝛtio modi ad verbū inuentionis: ⁊ illud ē quia iam ſignificat qualitatē inuentionis ꝓdicati ad ſubiectū eſt ꝓpoꝛtio eius ad verbum inuētionis ꝓpoꝛtio foꝛme ad materiā: ⁊ quum ſint ꝓpoꝛtiones due eedem: ⁊ ſit pars negatiua ibi poſita cū verbo: opoꝛtet ergo ut ponat̄ hic cum modo: ⁊ vniuerſaliter manifeſtū eſt per ſe ꝙ negatio dicti noſtri poſſibile eſt ut inueniat̄ dictū noſtrū nō poſſibile ē vt inueniatur omni he due diuidentes veꝝ ⁊ falſū ſemper: ſed dictū noſtrū quidem poſſibile ut inueniatur: ꝙ non inueniat̄ nō ſunt ꝯtradictoꝛia ſed cōſequentia ſe: ⁊ ſimiliter negatio dicti noſtri poſſibile eſt ꝙ nō inueniatur ꝙ eſt declinata poſſibilis eſt dictū noſtrū

nõ poſſibile eſt ut nõ inueniatur: ⁊ negatio dicti noſtri oꝫ
ut nõ inueniat: ⁊ eſt declinata neceſſaria eſt dictũ noſtruꝫ
nõ oportet ut nõ inueniatur: ⁊ ſimiliter negatio dicti no-
ſtri: impoſſibile ē ut nõ īueniatur dictũ noſtrũ nõ eſt ĩpoſ-
ſibile ut nõ inueniatur: ⁊ he ſunt enunciationes oppoſite
in hoc genere: ſed ſequentes quidē: ſicut ſi dicam affirma
tiuã quidē poſſibilē ſimplicem que eſt dictũ noſtrũ poſſi-
bile eſt ut inueniatur ꝯſequunt due: negatiua impoſſibilis
ſicut dictum noſtrũ nõ impoſſibile eſt inueniat: ⁊ negati-
ua neceſſaria: que eſt dictum noſtrum nõ neceſſe ut inue-
niatur: ſed affirmatiuã poſſibilem declinatam. V.g. poſſi
bile eſt ut non inueniatur: quidem ſequuntur ſm famoſi-
tatem: ⁊ magis ſcitum due: quaꝝ vna eſt negatiua neceſ-
ſaria declinata: que eſt dictũ noſtrũ nõ oportet ut nõ inue
niatur: ⁊ ſecũda eſt negatiua impoſſibilis declinata que ē
dictuꝫ noſtrũ: nõ impoſſibile eſt ut non inneniant: ⁊ nega
tiuã poſſibilē ſimplicē que eſt dictũ noſtrum: non poſſibi
le ē ut non inueniatur: cõſequuntur quidem due etiã qua
rum vna ē affirmatiua neceſſaria declinata que eſt dictũ
noſtrũ: neceſſe eſt ut nõ inueniatur: ⁊ ſecunda ē affirmati
ua impoſſibilis ſimplex que eſt dictũ noſtrũ impoſſibile ē
ut inueniatur: ⁊ negatiuã quidē poſſibilem declinatã. V.
gratia non eſt poſſibile ut nõ inueniatur ſequuntur due
vna quaꝝ ē affirmatiua neceſſaria ſimplex que eſt dictuꝫ
noſtrũ: oportet ut inueniatur: ⁊ ſecũda affirmatiua impoſ
ſibilis declinata que eſt dictum noſtrũ: impoſſibile eſt ut
nõ inueniatur. Ponamus ergo oppoſitas ipſaꝝ in latitu
dine tabule: ⁊ cõſequentes quaſdam ſub quibſudaꝫ: ⁊ illõ
ſm hãc deſignationem.

| | |
|---|---|
| Poſſibile ē ut nõ īueniat. | Nõ poſſibile ē ut īueniat. |
| Non oꝫ ut inueniat. | Oportet ut nõ inueniat. |
| Nõ ĩpoſſibile ē ut īueniat | Impoſſibile ē ut inueniat. |
| Poſſibile ē ut nõ īueniat. | Nõ poſſibile ē ut ñ īueniat |
| Nõ oꝫ ut nõ inueniat. | Oportet ut inueniat. |
| Nõ ĩpoſſibile ē ut ñ īueniat. | Impoſſibile ē ut nõ īueniat |

Qum ergo cõſiderauerimus hãc cõſequentiã famo
ſam ⁊ inſequemur eam inueniemus dictum noſtrũĩpoſſi
bile ⁊ dictũ noſtrum nõ impoſſibile. Conſequentia dictũ
noſtrũ poſſibile ⁊ nõ poſſibile. ſ. ꝙ contradictoria ipſorũ
ſequuntur cõtradictoriã. i. affirmatiuam in eis: ſequũtur
negatiuam niſi quia illud eſt ſm ꝯuerſionem. ſ. ꝙ negati-
ua ex ĩpoſſibili ſequit affirmatiua de poſſibili: ⁊ affirmati
ua de ĩpoſſibili ſequit negatiuã de poſſibili: ſed enunciati
ones quidē neceſſariaꝝ cõſequentes ac poſſibiles nõ ſunt
cõtradictorie ſed ꝯtrarie. ſ. cõtraria affirmatiua neceſſaria
que ē contradictoria negatiue neceſſarie: ⁊ illud ē qꝛ non
eſt negatio dicti noſtri neceſſe ē ut non inueniatur conſe-
quens ex dicto noſtro non eſt poſſibile ut inueniat dictuꝫ
noſtrum nõ neceſſe eſt ut inueniat: qḋ eſt cõſequēs ex di-
cto noſtro poſſibile eſt ut inueniatur: ⁊ illud eſt quoniam
ambo iã poſſibile eſt ut verificentur de re vna ⁊ eadē nã-
ꝗ ꝙ oꝫ ut non inueniatur verificat nõ oportet ut non in-
ueniatur ſed dictũ noſtrũ oportet ut non inueniat eſt cõ-
trarium dicti noſtri oportet ut inueniat qḋ eſt ꝯtradictori
um dicti noſtri non oportet ut iuueniatur: ⁊ cauſa in hoc
qḋ ſequitur poſſibile negatiuum affirmatiuũ neceſſariuꝫ
declinatum ⁊ ſequitur negatiuũ poſſibile declinatũ affir-
matiuum neceſſarium ſimplex eſt ꝙ impoſſibile eſt ꝯriuꝫ
neceſſario inuento: ⁊ ſi ſit vis eoꝝ in neceſſitate vua: ⁊ ex
quo ē ꝙ negatiua poſſibilis ſimplex ſequitur impoſſibil
affirmatiua ſimplex: ⁊ ē impoſſibilis affirmatiua ſimplex
cõtraria affirmatiue neceſſarie ſimplici: ⁊ ſequit de neceſſi
tate ꝙ ſequatur eaꝫ contraria affirmatiue neceſſarie ſim-
plicis que eſt affirmatiua neceſſaria declinata: ⁊ poſtꝙ ſe-
quitur negatiuã poſſibilē declinatã impoſſibilis declina-
ta affirmatiua: ⁊ eſt impoſſibilis declinata affirmatiua cõ
traria neceſſarie declinate affirmatiue oportet ut ſequat
eam ex neceſſitare contrariũ neceſſarie declinate affirma-
tiue: que eſt neceſſaria ſimplex affirmatiua: ſꝫ qum expe
rimentetur hoc iam putatur ꝙ diſpoſitio in hoc qḋ ſequi
tur poſſibile ex neceſſario ē ſicut diſpoſitio eius qḋ ſequit
ipſum ex impoſſibili. ſ. ꝙ contradictorium ipſaꝝ ſequitur
ꝯtradictoriuꝫ ſm tamē alium modũ a primo qḋ oſtendit
eſtimatio ipſarum ⁊ erit cõſequentia ex dicto noſtro poſ
ſibile ē ut inueniatur dictum noſtrũ nõ neceſſarium ē ut
non inueniatur: qḋ ē contradictorium dicti noſtri: neceſſe
ē ut non inueniat: qḋ ſequitur ex dicto noſtro nõ impoſſi
bile ut inueniatur: nõ dictum noſtrum nõ neceſſe ut non
inueniatur: ſicut poſuimus illud in poſitione p̊ma: ⁊ quõ
quidem appareat ꝙ ſequēs ex dicto noſtro poſſibile ē ut
inueniatur ſit dictum noſtrum non neceſſe ē nt non inue
niatur ut dictum noſtrum nõ neceſſe ē ut non inueniatur
illud ordinabitur ſuper oſtenſionē ꝙ dictum noſtruꝫ poſ
ſibile ē ut inueniatur eſt ſequens ex dicto noſtro neceſſe ē
ut īueniatur: ⁊ qualiter quidē oſtendatur hoc ē ꝑ hoc qḋ
dicã: ⁊ illud ē quia cũ dicto noſtro neceſſe ē ut īueniatur
verificatur: aut dictum noſtrum poſſibile ē ut inueniatur
aut dictum noſtrum poſſibile eſt ut inueniatur: quoniam
dictũ noſtrum poſſibile ē ut inueniatur ē cõtradictorium
dicto noſtro nõ poſſibile ut inueniat: ⁊ cõtradictoria diui
dunt veꝝ ⁊ falſũ ſuper omnes res: ergo ſi nõ eſt veꝝ cuꝫ
eo dictũ noſtrum poſſibile ē ut inueniatur tunc ē verum
cũ eo nõ poſſibile ē ut iuueniatur verũ: ſicut veꝝ cuꝫ eo
dictum noſtrũ nõ ē poſſibile ut inueniatur: eſt verum cũ
eo dictum noſtrũ impoſſibile ē ut inueniatur quꝫ hoc ſe-
quatur dictum noſtrum nõ poſſibile ut inueniatur: ⁊ qũ
eſſet veꝝ de eo dictũ noſtrũ impoſſibile ē ut inueniat ⁊ ƀ
ē falſum qḋ nõ ē poſſibile: ergo veꝝ cum dicto noſtro ne

ceſſe ē ut inueniatur ē dictum noſtrum poſſibile eſt ut in ueniatur: quoniam qum ē falſum vnum cõtradictorioꝝ ē veꝝ aliud: ⁊ cõſirmatum ē ꝙ dictum noſtrũ poſſibile ē ut iueniať: ſequiť dictũ noſtrũ neceſſe ē ut iueniať: dico ğ ꝙ ꝯſequẽs ex dicto noſtro poſſibile ē ut inueniať ex ꝓpoſi ſitionibus neceſſarijs ē negatiua declinata que eſt dictum nõ neceſſe ut non inueniatur demoſtratio eius: quoniam nõ euacuať quin ſit ſequẽs ħ.ſ. ē poſſibili ſimplici affirma tiua negatiua ſimplex: aut affirmatiua neceſſaria ſimplex aut affirmatiua neceſſaria quidem declinata aut negatiua neceſſaria decliata: ⁊ ſi ē negatiua neceſſaria ſimplex: quẽ admodũ poſuimus: ⁊ eſt dictũ noſtrũ nõ eſt neceſſe ut in-ueniať. Jãqꝫ fuit poſſibilis ſimplex affirmatiua ſequẽs ex neceſſaria ſimplici cõtradictoria: ſequetur ut ſequať ex ne ceſſaria ſimplici cõtradictoria eius: que eſt negatiua ſim-plex: quia veniet demũ: ita qꝺ neceſſariũ ut inueniať: poſ ſibile ē ut inueniať: ⁊ qꝺ ē poſſibile ut inueniatur: nõ ē ne ceſſe ut inueniatur: ergo qꝺ eſt neceſſe ut inueniatur: ē nõ neceſſe ut inueniať qꝺ falſũ eſt ⁊ ipoſſibile: qꝛ nõ eſt poſſi bile ut duo cõtradictoria ſint ſimul vera: ⁊ qũ nõ ſequať ex ea negatiua neceſſaria ſimplex: non remanet ut ſequať ex ea niſi affirmatiua neceſſaria ſimplex aut ꝺclinata: aut neceſſaria negatiua declinata. ſed affirmatiuaꝝ neceſſaria rum aut delinatiuaꝝ nõ verificať vna cũ affirmatiua poſ ſibili: ⁊ illud eſt qꝛ illud qꝺ ē poſſibile ut inueniatur: eſt poſſibile ut inueniatur aut nõ inueniať: ⁊ qꝺ eſt poſſibile ut inueniatur aut nõ inueniatur: eſt neceſſe ut inueniatur neqꝫ neceſſe ut nõ inueniatur: ⁊ illud ē manifeſtũ per ſe: ğ qum ſit neceſſe ut ſequatur vna enunciationũ neceſſaria-rum quatuor poſſibilẽ ſimplicẽ: ⁊ iam oſtenſuꝫ eſt ꝙ tres ipſaꝝ nõ ſequuntur eam: neqꝫ remanet ut ſit ſequẽs ipſã niſi dictũ noſtrum nõ eſt neceſſariũ ut non inueniatur q̄ eſt negatiua neceſſaria declinata: ⁊ illud ē neceſſe etiaꝫ qꝛ nõ accidit ex hoc ipoſſibile qꝺ accidit in eo qꝺ preceſſit i expoſitione noſtra ꝙ ex poſſibili ſequiť neceſſaria negati ua: quoniã iã ſequitnr dictum noſtrũ: neceſſe eſt ut inue-niatur dictum noſtrũ: nõ neceſſe eſt ut non inueniať: qum ſint vere ſimul de re vna. Ueꝝ iam accidit dubitatio i eo qꝺ expoſuimus ꝙ dictũ noſtrum poſſibile eſt ut inuenia tur ſequitur ex dicto noſtro neceſſe eſt ut inueniatur: ⁊ il-lud eſt quia ſi nõ ſequitur ipſũ ergo eius cõtradictorium ⁊ eius cõtradictoriũ eſt ut dictũ noſtrum non poſſibile ut inueniatur: aut dictum noſtrũ poſſibile ut non inueniať. Ueꝝ ſi ſequiť ipſum dictũ noſtrum: nõ poſſibile ut inue-niatur: impoſſibile eſt precedens cuius expleuimus reme-morationẽ: ⁊ ſi ſequiť ipſum dictum noſtrũ: poſſibile ē ut nõ inueniať: ſequiť ut ſit illud qꝺ ē neceſſe ut inueniatur poſſibile ut nõ inueniať: ⁊ hoc ē falſũ impoſſibile. Ex hoc ergo dicto oꝫ ut ſit ex dicto noſtro neceſſe ē ut inueniatur dictũ noſtrũ poſſibile ē ut inueniatur veꝝ: qum poſueri-mus ꝙ̄ illud ex quo ſequiť dictum noſtrum poſſibile ē ut inueniatur: ⁊ ē illud ꝙ poſſibile eſt ut inueniať poſſibile ē ut nõ inueniať. Jam ergo ſequiť ut ſit illud qꝺ ē neceſſe ut inueniať poſſibile ut nõ inueniať: ⁊ hoc eſt falſũ ⁊ impoſ-ſibile: ⁊ quando fuerit dictum primũ affirmans ⁊ probãs ut ſit ſequẽs ex dicto noſtro: neceſſe eſt ut inueniať dictuꝫ noſtrũ poſſibile eſt ut inueniať ⁊ ſcđm deſtruẽs ut poſſibi le ſequať neceſſariũ ⁊ ſit cõſequẽs ex eo: manifeſtũ ergo ꝙ oportet ut ſit qꝺ affirmat dictum noſtrũ ex natura poſſi-bilis: ⁊ ſequiť neceſſario preter id qꝺ negat ſcđm poſſibi-le: ergo de plus vno modo: ⁊ illud ē etiã manifeſtũ ex in-ductione: quoniã apparet ꝙ nõ omne id qꝺ diciť ꝙ ē poſ-ſibile ut faciat hoc aut recipiat in eo eſt potẽtia ut nõ faci at ⁊ ut faciat: ⁊ illud eſt qꝛ res de quibus dicimus ꝙ i eis eſt potẽtia actiua inueniť ẜm duos modos: aut potẽtia cõ iuncta rationi: ⁊ eſt illa que interpretať electio: aut potẽtia nõ cõiuncta rationi: ſicut ē calefactio ignis: ⁊ infrigidatio niuis: ⁊ potẽtia quidem cõiuncta rationi ē poſſibile ut fa ciat diuerſa ꝯtraria. ſ. ut faciat ⁊ nõ faciat: ⁊ exempluꝫ illi-us ē ambulatio qꝛ in homine ē potentia ut ambulet ⁊ nõ ambulet equaliter: ſed potẽtia nõ coniuncta rationi eſt ſu per vnũ cõtrarioꝝ tm̃: ⁊ exemplũ illius eſt ignis: quoniaꝫ in ipſo eſt potẽtia ad calefaciendũ tm̃: nõ ad nõ calefacien dum niſi per accidẽs: ⁊ illud ē aut qum nõ inuenit ſubie-ctum eius recipiẽs caliditatẽ: aut qum impedit eũ impedi-mentum ab actione que ineſt ei ꝑ naturã in illo ſubiecto ⁊ iã inueniť in potentijs paſſiuis nõ rationalibus qꝺ reci pit oppoſita equaliter: ⁊ qum hoc ſit ita: ergo nõ oē poſſi bile eſt poſſibile ut recipiat res oppoſitas: neqꝫ etiã ē poſ-ſibile ex eo qꝺ diciť vniuoce ut ſit vna ſpecies: ſed nõ poſ-ſibil' eſt ex eo qꝺ diciť equiuoce: ⁊ illud eſt qꝛ iaꝫ dicimus poſſibile in eo qꝺ eſt inuẽtum in actu: ⁊ dictũ noſtrum in eo qꝺ ē poſſibile eſt ẜm intẽtionẽ ꝙ hec diſpoſitio inuẽta eni in actu iã fuit eni poſſibilis ⁊ ſi nõ recepiſſet eam: ⁊ ħ iam dicitur ⁊ ſi nõ preceſſerit poſſibilitas in ea actu in tẽ-pore ut inueniatur aliquid cũm hac diſpoſitione: ⁊ ex eo qꝺ dicitur in eo qꝺ eſt poſſibile cũ intentione ꝙ de eius ꝓprietate ē ut inueniatur in futuro: ⁊ hec poſſibilitas qui dem inuenitur in rebus mobilibus tm̃ corruptibiles: ſint autẽ corruptibiles niſi quia illius qꝺ eſt ex eo in rebus nõ corruptibilibus renouatio eſt neceſſaria: ſicut ortus ſolis cras: ⁊ illius ē qꝺ ē ex eo in rebus corruptibilibus nõ eſt eſſentia neceſſaria: ⁊ modus quidẽ ſecundus poſſibilis i-ueniť in rebus immobilibus: ⁊ hic modus poſſibilis eſt q̄ ſequiť neceſſariũ: ſed modus quidem primus nõ ſequitur neceſſe: ⁊ illud ē quod fuit ex eo in rebus corruptibilibus Sꝫ iam ſimile eſt ⁊ videtur ut dicã ꝙ poſſibile eſt ut ſit cõ munius ꝙ̄ neceſſe: ⁊ illud ē quia cadit ſuper neceſſe ⁊ ſuꝑ eo qꝺ non eſt neceſſe. Jam ergo oportet ut ſit ſequens ex eo: ſicut ſequiť cõmunius magis ꝓprium. ſ. ſicut ſequitur

animal hominem. Dixit: Et quꝫ iam ſint manifeſti modi poſſibiles: iam opoꝛtet ut ponamus ṗmo qͦ ē ſup qͦ cadit equatio: ⁊ in hac ↄſequētia dictum noſtrū neceſſe ē ut inueniatᷣ: nō eſt neceſſe ut inueniatur: qum ſit hoc principiū his omnibus. Deinde cōſideremus ꝙ h̄ ex his enunciationibus reſiduis. Dixit: Et hec res agitᷣ i libꝛo ſimili: diſtulit ergo rē ad illum locum: ⁊ eſt quidem neceſſe principium his quia res neceſſarie ſunt ſempiterne inuētionis i actu: ſicut oſtēſum ē in ſcientijs ſpeculatiuis poſtꝙ ſūt res ſempiterne ṗoꝛes: oꝫ ut ſint res q̄ ſunt in actu ṗoꝛes rebus q̄ ſūt i actu qñqꝫ ⁊ i potētia qñqꝫ: ⁊ ꝓpter h̄ quoddā eoꝝ ē in actu quādoqꝫ ⁊ in potentia quādoqꝫ: ⁊ ſunt res generabiles ⁊ coꝛꝛuptibiles: ⁊ quoddā cū potentia tm̄ abſqꝫ h̄ ꝙ potētia euacuet ipſam rem: ſicut motus: ⁊ in ſumma inuentio infiniti ſm ꝙ eſt infinitū: ſicut oſtenſum eſt in ſciētia naturali: hec ergo eſt ſūma quam loquitur in enunciationibus habētibus modos.

Differētia quarta: dixit: Ex q̄ ſūt oꝛatōes oppoſite: aut oppoſite ſm affirmationē ⁊ negationē: aut oppoſite ꝑ h̄ ꝙ materie ipſaꝝ ſunt cōtrarie: ⁊ ſunt oꝛationes quaꝝ ꝑdicata ſunt cōtraria: ⁊ inuenitur in illis quarꝫ pꝛedicata ſunt contraria ꝙ ſunt quinqꝫ modis oppoſitarum que ſꝫ affirmationē ⁊ negationē quarum pꝛeceſſit dictū. Ergo iā opoꝛtet ut cōſ.deremus hic que harum oꝛationum ſunt magis oppoſite ⁊ longioꝛis differētie in credulitate an cōtrarie ſm viam affirmationis ⁊ negationis: an contrarie ſm viā credulitatis cōtrarij. V. gratia: ſi dicto noſtro omnis homo eſt iuſtus opponuntur dicta duo: quoꝝ vnum eſt nullus homo eſt iuſtus: qͦ eſt oppoſitum ſm modum negationis: ⁊ ſcꝫ ē dictū noſtrum omnis homo eſt iniuſtus qͦ ē oppoſitū ſm modū contrarietatis: ⁊ qͦ iſtoꝝ eſt foꝛtioꝛis cōtrarietatis dicto noſtro: omnis homo eſt iuſtus: vtrum dictū noſtrum nullus homo ē iuſtus: aut dictum noſtrum omnis homo ē iniuſtus: ⁊ dicemus quia qū ſint dictiones quidē ſignificātes intētiones exiſtētes in aīa. Iāqꝫ innuitᷣ in mēte credulitas alicuꝰ rei: ⁊ credulitas ↄrij eius: aut credulitas rei alicuꝰ ⁊ credulitas negatiōis eius. ⁊ eſt manifeſtū: qm̄ quidē dᷣ in oꝛe ꝙ ē ↄꝛia oꝛationi aut oppoſita ei ex parte oppoſitionis credulitatū que ſūt in anima: aut in credulitate ↄrij: aut in credulitate negationis. Et qū ita ſit res: iam ergo opoꝛtet ut conſideremus que credulitas eſt in fine contrarietatis ad credulitatem veri ⁊ falſi: an credulitas contrarij eius: an credulitas negationis eius. Et exemplum illius eſt qum crediderimus in re aliqua ꝙ eſt bona: ⁊ eſt credulitas vera: ſicut noſtra credulitas in vita ꝙ ipſa ē bona. Erunt igitᷣ due credulitates hic falſe ⁊ oppoſite ei: vna quaꝝ eſt mala: ⁊ alia ꝙ ipſa nō eſt bona: que ergo haꝝ duarū credulitatū falſarum illud ē vita illa que ē in fine ↄꝛia in mente credulitate vere que ē dictū noſtrū vita eſt bona: vtruꝫ credulitas noſtra ꝙ ipſa eſt mala: aut credulitas noſtra ꝙ̄ ipſa nō eſt [illegible] Dicemuſ ergo ꝙ ↄtrarietates inuente in credul[illegible] .que ē in fine in eo ſimilatᷣ cōtrarietati inuēte [illegible] i materijs: ⁊ vtrū opoꝛtet ut ſit illͦ qͦ ē ex reb[illegible] rietatis extra animā ſic foꝛtioꝛis cōtrarietatis in credulitate an nō: ⁊ dicemus poſtꝙ ſunt due res que ſunt cōtrarie extra animā ſed due cōtrarie minoꝛiſ cōtrarietatis in credulitate ꝙ̄ due res que cōtrariantᷣ ſm vnū ↄtrarium aut ſūt cū illo nō cōtrarie in credulitate: imo ſm plurimū ſūt cōſequentes ſe: ſicut credulitas noſtra q[illegible] vita ē bona ⁊ moꝛs ē mala. Iſte eniꝫ due oꝛation[illegible] nt cōtrarie ſm ꝑdicatuꝫ ⁊ ſubiectū extra animā: manifeſtū ē ergo [illegible] non eſt cauſa cōtrarietatis inuēte in credulitate cōtrarietas inuenta extra animā: quoniā ſi eſſet cā eſſet qͦ ē magis cōt[illegible]ū extra animā dignius ut ſit cōtrariū in credulit[illegible] ergo cuiꝰ cōtrariū ē in credulitate ꝓpter mat[illegible] ius ut nō ſit ipſū cōtrariū abſolute in credulitate. [illegible] trarietas quidē que inuenitᷣ in credulitate ex part[illegible] tionis ⁊ negationis nō eſt inuēta in ea ꝓpter aliā: [illegible] ſe ⁊ ꝓp diſpoſitionē inuētam in ea in mente: ⁊ ill[illegible] in qu[illegible] ē cōtrarietas ꝑ ſe digniora ſunt ut ſint cōtrar[illegible] ꝙ̄ illa in q̄bus eſt cōtrarietas ꝓpter aliud: ⁊ etiā qm̄ qū e[illegible] apud nos de illa re eſt credulitas cōtraria illi credulitati. ſicut ſi ſit apͦ nos de ea ꝙ ipſa eſt aliud ex eo qͦ nō ē ei inuentum: aut ꝙ nō ē aliquid aliud ex eo qͦ inuenitᷣ ei que ſunt in credulitate infinite: ſꝫ credulitas quidē cōtraria illi credulitati de illa ē vna: ⁊ ē credulitas quā vidimus diuident[illegible] verū ⁊ falſū ſemꝑ cū credulitate ṗma: ⁊ iſte ſunt credulitates q̄ ponunᷣ partes cōtradictionis in queſtione. Deinde cadit cū eis poſt illud dubitatio que illarū duarū ſit va [illegible] falſa: ſed inter credulitates quidē quas poſſibile eſt ſim[illegible] eſſe falſas de ſubiecto vno ⁊ eodē: aut veras ſimul nō eſt poſſibile ut cadat dubitatio: neqꝫ ponunᷣ partes dubitationis in queſito ita ut veritas in vna eaꝝ ſit determinate intētionis in ſe ꝙ̄uis nō ſit apud nos determinate: ⁊ manifeſtū eſt ꝙ credulitas que opponitᷣ inuēte ſm veritateꝫ ē credulitas ex qua erit gn̄atio ⁊ eſt negatio: ⁊ illud ē qꝛ generatio quidē ē ex nō inuēto ad inuentū: ⁊ coꝛꝛuptio ē ex inuento ad nō inuentū. Credulitas quidē que ē in rebus in quibus eſt alteratio que ē trāſmutatio ex cōtrarijs eſt minus cōtraria in credulitate qū ſit ṗuatio foꝛtius oppoſita inuento ꝙ̄ ↄtrariū cōtrario: qū cōtrarium eſt inuentum quoddā: ⁊ ꝓpter illud nō ē generatio ex ente niſi per accidēs: ⁊ etiā qꝛ credulitas que eſt cū negatione facit neceſſariā remotionē credulitatis affirmationis ꝑ ſe quꝫ ſit quidditas negationis ut remoueat affirmationeꝫ que eſt adnūcians rei eſſentiā: ⁊ qum credulitas quidē cōtrarij ꝑdicati in re in qua creditᷣ eſſentia pꝛedicati nō facit neceſſariam. ſ. quidditas eius remotione affirmationis: qum ſit renouatio cōtrarij in ſubiecto neceſſariam faciēs per ſe re

[illegible] cōtrarij eius.ſ.oppoſiti illi:ſed ē quidē res acci[illegible] [illegible]motio[illegible] illius in ſubiecto.ſ.ut remoueat ꝯtrari[illegible] [illegible] cōtrarij alterius in eo .V.g. ut auferat c[illegible] ꝑ poſitionē frigiditatis in ea eſt ꝓportio natur[illegible] [illegible]ati ꝑ intentionē ſecūdā: aut per accidēs: ⁊ illud eſt qꝛ remotio hec eſt renouata ex inuētione ⁊ remotio ꝑ negationē eſt q[illegible]idē remotio renouata a negatione ꝑ ſe: ⁊ ex quo quidē ſ[illegible]quit remotio affirmationis ꝑ ſe dignius cōtrarietas in[illegible]ta in c[illegible]edulitate q̄ ꝙ ex quo erunt credulitas ꝑ accidē[illegible] [illegible] remotionē ſecūdam: ⁊ eſt cōpletioris cōtrari[illegible]tatis ⁊ f[illegible]: ⁊ ſi erūt duo ꝯtraria diuerſa in fine [illegible]ſitatis: ⁊ [illegible] cōtrarium qđ eſt in mente rei aff[illegible] ex ꝯtradictio[illegible] fortius q̄ cōtrariū qđ ē ei ex credu[illegible] [illegible]ōtrarij inuēti extra animā. manifeſtū eſt ergo ꝙ creduu[illegible] [illegible]tionis ē [illegible]redulitas ꝯtraria affirmatiōis abſolu[illegible] [illegible]litas de re que eſt bona ꝙ ſit mala ē credul[illegible] [illegible]uit credulitas alia que ē ꝙ nō eſt bona ſed cre[illegible] [illegible] ea ꝙ eſt bonū ⁊ ꝙ nō ē bonum nō ſequitur cr[illegible] [illegible] a [illegible]ia.ſ. ꝙ ē mala: ⁊ ſi ē illud ita: tūc nō inuenit[illegible] [illegible]litas cōtraria in rebus nō habētibus cōtrariū e[illegible] [illegible]dulitas negationis ē magis cōtrarietas affirmationi. q̄ credulitas cōtrarij: ⁊ ipſa ē cōtraria ꝑ ſe qū inueniatur in rebus habētibus cōtrarium ⁊ nō habētibus: qm̄ oportet ut ſi[illegible] credulitas que ē cōtraria ꝑ naturā affirmationi ipſa c[illegible]ulitas inuenta cōtraria in omni loco nō i loco ꝓte[illegible] locū: ⁊ credulitas cōmunis que eſt in omni loco ⁊ ꝑ ſe ꝯtraria eſt fortius ꝯtraria q̄ credulitas que ē in quodam l[illegible]co nō qū ſit cōmunius ꝓus ꝑ naturā q̄ ꝓprium: ⁊ ꝓpte[illegible] hoc qū inuenit ꝓpriū inuenit cōmune ⁊ nō couerti[illegible] [illegible] illud qum inuenit cōmune ut inueniat ꝓpriū: ergo ut cō[illegible]rariū in credulitate ei qđ nō habet cōtrariū eſt nega[illegible] [illegible]oꝫ ut ſit cōtrariū in omni loco negatio .ſ. illud q[illegible]t in fine: ⁊ etiā qꝛ credulitas de eo ꝙ eſt bonū ꝙ ipſū ē bonū: ⁊ credulitas in eo ꝙ nō eſt bonū ꝙ ipſuꝫ nō ē bonum. ambe ſunt credulitates vere: ⁊ credulitas i eo ꝙ nō eſt bonum ꝙ ipſū eſt bonū: aut in eo ꝙ ē bonū ꝙ non eſt bo[illegible] ſunt credulitates falſe. Et ego miror que credulitas eſt cōtraria credulitati noſtre in eo ꝙ nō eſt bonū ꝙ ipſuꝫ nō eſt bonū que eſt credulitas vera: quoniā nō euacuat h a tribus diſpoſitionibus: quaꝝ vna ē ut cōtraria ſit ei credulitas cōtrarij eius: ⁊ eſt credulitas in eo ꝙ nō eſt bonū ꝙ ipſū eſt malū: ⁊ ſecūda ē ut ſit cōtraria negatio cōtrarij q̄ ē credulitas in eo ꝙ nō ē bonū ꝙ nō ē malū: ⁊ tertia eſt ut ſit cōtraria credulitas in eo ꝙ nō eſt bonū ꝙ eſt bonuꝫ ſed credulitas quidē cōtrarij eius nō eſt cōtraria ei: ⁊ illō eſt qꝛ iā eſt poſſibile ut ſint ambe vere: quoniā multe res ex eis que nō ſunt bone ſunt male: ⁊ credulitas quidē negationis cōtrarij eius nō eſt etiā credulitas cōtraria ei: qū iam ſint vere ſimul in re vna: quoniā de linea eſt veꝝ ꝙ nō eſt bona neqꝫ mala: ⁊ vniuerſaliter de omni eo cuius ꝓprietate ē ut nō diſponat ꝑ vnū hoꝝ duoꝝ cōtrarioꝝ ⁊ qum ſit hoc ita: ergo credulitas cōtraria credulitati noſtre in eo ꝙ nō ē bonū ꝙ ipſum nō eſt bonū eſt credulitas noſtra in eo ꝙ nō ē bonum ꝙ ipſū nō eſt bonum: ⁊ quꝫ ē credulitas que ē in fine cōtrarietatis credulitati noſtre in eo ꝙ nō eſt bonū ꝙ nō ē bonū: credulitas noſtra in eo ꝙ ipſū eſt bonū: ergo cōtrariū qđ ē in vltimo differentie cōtrarietatis noſtre in eo ꝙ eſt bonū ꝙ ipſum eſt bonuꝫ eſt credulitas in eo ꝙ nō eſt bonū: nō credulitas noſtra i eo ꝙ eſt malū: quoniaꝫ ſi affirmo cōtrarium qđ i vltimo negationi oꝫ ut ſit ex ipſa in vltimo elongationis: ⁊ qum eſt hoc ita: ⁊ eſt cōtrarium quidem eius cōtrarium vnū: ergo contrarium affirmationis qđ eſt in vltimo eſt negatio Dixit: Et non differentia in his exemplis que egimus hic in enunciationibus contrarijs ex parte negationis ⁊ affirmationis inter h ꝙ ratiocinetur quidem in ſubiecto ipſarum articulo cum.a.⁊.l. aut ratiocinetur in ipſo incluſo cum clauſura vniuerſali: quoniam de.a.⁊.l. iam diximus ꝙ ſignificat ſuper id quod ſignificat clauſura vniuerſalis: ergo non eſt differentia ſm hanc intelligentiam ut dicamus ꝙ ꝯtrium credulitatis in eo qđ eſt bonū ꝙ nō eſt bonū: aut dicamus ꝙ cōtrarium credulitatis in omni eo qđ ē bonū ꝙ nihil ex eo eſt bonū: ⁊ illud eſt affirmatio ⁊ negatio que ſunt credulitatis cōtrarie quidē inueniunt in anima intētioni vniuerſali. ⁊ ſi eſt illud qđ exit ꝑ dictionē ſignificās id qđ eſt ex credulitate ex cōtrarijs eſt ex manifeſto ꝙ cōtrariū affirmationis in dictione quidē eſt negatio in dictione illi intentioni vlī quā ſignificat affirmatio qum ſignificet illa intētio vlis in affirmatione ⁊ negatiōe ꝑ dictionē vlem que eſt clauſura. Et exēplum illius eſt qꝛ cōtrariū dicti noſtri omnis hō eſt bonus ⁊ dictū noſtruꝫ nullus homo ē bonus: ⁊ hoc ē manifeſtuꝫ q̄ credulitates de quibus dicit hic ꝙ ſunt cōtrarie: qđ nō eſt poſſibile ut ſint credulitates vere: qum ſit nō poſſibile ut ſit veꝝ contrarium nō: ſicut credulitas vera credulitati vere: neqꝫ dictio cōtradictoria de omni: qꝛ ſint vtreqꝫ ſignificātes intenſionē que ē in aīa vera; ſed credulitates cōtrarie quidē ſunt in oppoſitis ſm affirmationē ⁊ negationē: ⁊ ex illis i ꝯtradictorijs ⁊ cōtrarijs in materia neceſſaria: ⁊ illud eſt qꝛ in multis ex oppoſitis iā poſſibile eſt: ſicut dictuꝫ ē ſint vere ſimul ⁊ ſunt indefinite ⁊ ſubcōtrarie. Sed in cōtrarijs quidē nō eſt poſſibile ut ſint ambe vere i aliquo vno ⁊ eodē: neqꝫ ē poſſibile ut ſint ambe falſe in materia neceſſaria: qum nō expoliet ſubiectū vnū eoꝝ. hic cōplet expoſitio intētionū quas cōtinet iſte liber ꝑ gratiā dei. Sequit ille liber analecticorum prioꝝ qui eſt liber ſyllogiſmi.

Finitū eſt Cōmentum Auerois ſuper librum periherminias Ariſtotelis.

BIBLIOTHECA
VNIV. IAGELL.
CRACOVIENSIS

W3

[illegible] et magnitudo [illegible] textu

Quod autem [illegible] separabile [illegible]
[illegible] separabile [illegible] ut albedo
[illegible] inseparabile ut albedo
cigni albedo [illegible]
corvi et ethiopis [illegible]
[illegible]
[illegible]
adesse et abesse preter subiecti
corruptionem [illegible]
[illegible]
ethiopis [illegible]
[illegible]

[illegible]

[illegible]

sen

[illegible]

... petri.

Amen

Sancto Sanc

Sanc

Sanctorum Sanc

S S Sanctorum

Sanc Sanctorum Sanc Sanctis

Sanctorum

S S S Sanc

Sanctorum